ALEXANDRI MORI

Ad quædam loca

NOVI FOEDERIS

NOTÆ.

LONDINI,
Typis *Jacobi Fleſher*: proſtant apud *Gul. Wells* & *Rob. Scott*, ad Inſignia Principis in vico Little-Britain dicto, 1661.

Bi 1336.61

HARVARD COLLEGE
MAR 6 1936
LIBRARY

Gift of the
Division of
Modern Languages

Ad Lectorem.

E Multis quas comparatas habemus in hos libros obſervationibus, omnino paucas damus, neque verò quòd hæ reliquis præſtabiliores ac eximiæ ſint, ſed quoniam calumniæ minùs opportunæ videntur, nec ità longâ indigent probatione, qualem non admittebat inſtituti ratio. Nè ſic quidem effugiam, quin varia

hominum experiar judicia, maximè sciolorum: quod est longè pessimum genus: Nam qui dixit, Homine imperito, *dicere debuit,* semidocto nihil est iniquius. *Eruditos autem omnes, qui utinam soli judicarent! & Judices libenter & Magistros feram.*

Notæ ad N. T.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

NON temerè factum, quòd hoc nomen veluti proprium his designandis libris adhibitum est ab omnibus Ecclesiis ab antiquo. Sed an Apostolicis etiam temporibus? Hoc certè non efficit Justini locus Apologiâ pro Christianis, quem in hanc rem adduci video: Οἱ γὰρ Ἀπόστολοι, ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν ἃ καλεῖται Εὐαγγέλια, οὕτω παρέδωκαν. Isthoc enim ex loco vix aliud colligas licet, quàm ævo quidem Justini nomen illud obtinuisse. Ab Apostolis autem videtur ità dictus quilibet sermo de dogmate Christi, sive ore sive manu proderetur, ut Matth. 26. 13. & 1 Cor. 15. 1. Nec aliter Paulus dixit *Evangelium suum* 2 Tim. 11, 8, ut patet ex 1 Tim. 1. 11. Quam in rem illustris est locus Clementis Apostolorum successoris in aurea quam Ro-

manorum nomine ſcripſit ad Corinthios Epiſtola: Ἀναλάβετε, inquit, τὴν ὑπομνήσιν τοῦ μακαρίου Παύλου. τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου ἔγραψεν; At Nyſſenus cùm Epiſtolam Joannis *Evangelium* vocavit, peccavit opinor memoriæ lubrico, ut ſæpe idem aliíque Patrum. Nam ejus ævo nomen *Evangelii* ad quatuor hos libros uſu Eccleſiæ reſtrictum liquet. Nazianzenus Nyſſeni σύγχρονον dixit, οἱ Δ. atque adeò ipſo Irenæi tempore τετράμορφον (ut à Chryſoſtomo poſtea τετράδυμον) Evangelium dicebatur. Patet hoc ex Irenæi loco lib. 3. c. 11. quem non viſum hactenus niſi Latinè, ſic repræſentamus, ut reperimus in codice MS. Biblioth. Medic. (cujus nobis perbenignè copiam fecit Magnus idémque Optimus Etruriæ Dux) in quo codice nondùm edito varia: poſt librum autem Plutarchi de Muſica ſequitur, aliâ, ſed veteri, manu, Τί δὲ ποτε ἐστὶ πλείονα ἐστὶ ἐλάττονα καὶ ἀριθμὸν εἰσὶ τὰ Εὐαγγέλια; Ἐπειδὴ τέσσαρα κλίματα τοῦ κόσμου, ἐν ᾧ νῦν ἐσμὲν, καὶ τέσσαρα καθολικὰ πνεύματα. καὶ ἐστιν ἡ ἐκκλησία ὅτι πάσης τῆς γῆς σύλλογος ἡ καὶ σπέρμα ἐκκλησίας ὁ εὐαγγέλιον, καὶ πνεῦμα ζωῆς εἰκότως τέσσαρας ἔχειν αὐτούς, σύλλους πανταχόθεν πνέοντας τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ ἀναζωπυροῦντας τοὺς ἀνθρώπους. ἐξ ὧν φανερὸν, ὅτι ὁ τοῦ

ὁ τοῦ

ὁ τῶν ἁπάντων κρίτης λόγος, καὶ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ συνέχων ἅπαντα, φανερωθεὶς τοῖς ἀνθρώποις, ἔδωκεν ἡμῖν τετράμορφον τὸ εὐαγγέλιον, ἑνὶ τῷ πνεύματι συνεχόμενον, καθὼς ὁ Δαβὶδ αἰνίττεται τὴν παρουσίαν αὐτοῦ φησι τετραπρόσωπα, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν εἰκόνας τῆς προφητείας Θεοῦ. τὸ μὲν γὰρ πρόσωπον πρῶτον ὅμοιόν φησι λέοντι, τὸ ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ ἡγεμονικὸν καὶ βασιλικὸν χαρακτηρίζον· τὸ δὲ δεύτερον ὅμοιον μόσχῳ, τὴν ἱερουργητικὴν καὶ ἱερατικὴν τάξιν ἐμφαῖνον· τὸ δὲ τρίτον ἔχον πρόσωπον ἀνθρώπου, τὴν κατ' ἄνθρωπον αὐτοῦ παρουσίαν φανερῶσαι διαγράφον· τὸ δὲ πέταρχον ὅμοιον ἀετῷ πετομένῳ, τὴν τοῦ πνεύματος δηλοῖ τὴν ὀκκλησίαν ἐφιπταμένην γνώσιν σαφηνίζον. καὶ τὰ εὐαγγέλια οὕτω τούτοις σύμφωνα, ἐν οἷς ἐγκαθέζεται Χριστός. τὸ μὲν γὰρ κατὰ Ἰωάννην τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡγεμονικὴν αὐτοῦ καὶ ἔνδοξον γενεὰν διηγεῖται, λέγον, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· τὸ δὲ κατὰ Λουκᾶν, ἅτε ἱερατικοῦ χαρακτῆρος ὑπάρχον, ἀπὸ Ζαχαρίου ἱερέως θυμιῶντος τῷ Θεῷ ἤρξατο· ἦν γάρ ὁ σὺν αὐτοῖς ἑτοιμάζετο μόσχος ὑπάρ.

. . . . . .

παιδὸς μέλλων διηγεῖσθαι· τὸ δὲ κατὰ Ματθαῖον τὴν κατ' ἄνθρωπον αὐτοῦ πίστιν ἐκήρυττε, λέγον, Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ· τὸ δὲ κατὰ Μάρκον ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ἐκβοῶντος τοῖς ἀν-

ἀνθρώποις

Θεώπους τὴ ἀρχὴν ἐποιήσατο, λέγων, Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, Καὶ αὐτὸς ὃ ὁ λόγος τοῖς ἀνθρώποις, &c. Hactenus Irenæus. Porrò *Evangelii* nomine nullum aptius rebus gestis & doctrinæ Christi. Nam primò bonus hic nuntius rectè opponitur משמע veteris Legis, quæ mala denuntiabat. Deinde hâc voce non modò usi erant LXX. pro læto nuntio 2 Sam. 18. 22, 25. sed etiam Joel 2. 32. בשר εὐαγγελιζεσθαι reddiderant, nec non apud Davidem Psal. 90. 2. & Esaiam 61. 1. Quibus locis describitur Messiæ salus, & bonum nuntium pauperibus annuntiandum. Accedit quòd promissio Messiæ sub Lege vocabatur ἐπαγγελία, docente Paulo Gal. 3. 18. Proclive igitur atque consentaneum fuit, ut implementum promissionis εὐαγγέλιον diceretur: atque adeò cùm vox ἐπαγγελία sumatur apud LXX pro ipso libro promissionum, (nam Psal. 56. 9. quod est in Hebræo בספרתך *in libro tuo*, redditur à Græcis ὃν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου) quid erat convenientius, quàm ut εὐαγγέλιον vocaretur ipse liber impletæ promissionis & boni nuntii? Certè Patres εὐαγγελικὸν (sic enim vocant) ὀπτέμιλλον, ἀφῳ χφοὶς, opponunt τῇ κηρυκικῇ, διὰ γλώττης.

NOTÆ

NOTÆ AD MATTHÆUM.

Κατὰ Ματθαῖον.

LAtini Patres interdum, *Evangeliũ κ*τ̃ *Matthæum*, quia tam breviter quàm Græci ſenſum eundem reddere nequeunt. Itaque rectè Arabs, كما كتب مارمتي *Prout ſcripſit D. Matthæus*: quod Latini non aſſequuntur, cùm dicunt, *juxta*, vel, *ſecundùm Matthæum*. Evangelium hoc à Matthæo Hebraicè ſcriptum eſſe traditum eſt veteribus: nulla eſt autem invicta ratio quæ diſſuadeat. Sed an primò ſcriptum inter quatuor? Nam & inter Epiſtolas Pauli, ea ad Romanos, quæ primum obtinet locum, primò omnium ſcripta non eſt, ut apud omnes conſtat. Nec deſunt qui Lucam primò ſcripſiſſe arbitrentur, non aſpernandis rationibus adducti. Horum verò ſententiæ nihil obſtat, quòd Lucas, ubi res eaſdem quas Matthæus & Marcus commemorat, iiſdem quibus illi verbis utitur. Dicent enim non minus facilè fieri potuiſſe ut illi verba ſe-

querentur Lucæ, vel ut Matthæus ſequeretur Lucam, deinde Marcus Matthæum. Equidem cùm attentiùs conſidero limen illud Evangelii ſecundùm Lucam, vix eſt ut mihi perſuadeam eum tali uſurum fuiſſe procœmio, aut de iis quotquot ante ſe ſcripſerant locuturum fuiſſe tam incuriosè, ſi tum exſtitiſſet quale nunc habemus Græcè non Marci modò ſed Matthæi Evangelium. At Patres unanimi propemodum conſenſu repugnant. Licèt enim Tertulliano id *credibile* tantùm, nemo tamen eorum eſt qui Matthæum primò ſcripſiſſe inficietur. Quid igitur? ſi quidem Hebraicè ſcripſit Matthæus, veriſimile admodum putem, principem quidem eum, ſed Hebraicè, ſcripſiſſe, anno, ut proditum eſt memoriæ, poſt Domini Aſcenſionem in cœlum octavo: at ejus Græcam interpretationem divini Spiritûs inſtinctu perfectam eſſe aliquot pòſt demum annis quàm Evangelium ſuum Lucas conſcripſerat. Qui Lucas meritò jam præfatur ideo ſe ſcribere, ut Theophilus homo Græcus ἀσφάλειαν conſequeretur eorum quæ didicerat inaudierátve: Nempe cùm nondum Græcè Matthæus legeretur, & Marcus vel nondum ſcripſiſſet, vel compendioſior videretur, multa verò Evangelia non ſincera, ſed variè interpolata volitarent. Scripſerit ergo Matthæus potiſſimùm Judæis Hebraicè, quorum in patria multos per annos vixerat; Marcus potiſſimùm Romanis, qui ferè omnes Græcè ſciebant; Lucas Theophilo potiſſimùm & Græcis, nam & hujus ſermo magìs Græcus eſt; Joannes pariter omnibus, quòd jam ab hæreſeos labe periculum eſſet univerſis Eccleſiis.

Cap.

CAP. I. V. 1.

Βίβλος γενέσεως] Sicut Joannes Evangelii ſui capit exordium ab imitatione Moſis manifeſtiſſima, Ἐν ἀρχῇ, Matthæus pariter hæc prima Evangelii ſui verba mutuatur ex Geneſeos capite 5. 1: ספר תולדות, prout ea verterunt LXX. Βίβλος γενέσεως, id eſt, *Genealogia.* Nam & ספר per λόγον reddiderunt interdum iidem interpretes Græci. Nec malè *catalogum* dixeris. Non modò Scripturæ duobus locis, ſed hodie à Judæis etiam vulgò *liber* vocatur formula repudii, quæ duodecim verſibus abſolvitur. Unde ספר dictus, quia hæ duæ literæ in numero valent 12. nè quis miretur *librum* vocari ſtemma Chriſti perbreve. Porrò in hoc Domini ſtemmate multa perplexa ſunt ac propemodum inexplicabilia, quibus ſolvendis exſpectandus eſt Elias. Non ea contemnimus quæ ſunt à Scriptoribus Eccleſiaſticis allata. Velim tamen doceri cur Damaſcenus, Fidei Orthodoxæ lib. 4. c. 15. ubi ex ſtirpe Nathan Beatiſſimæ Virginis originem deducit, dicat Levi genuiſſe Melchi & Pantheram, Pantheram autem genuiſſe Barpantheram, Barpantheram iterum genuiſſe Joachim, Joachim denique genuiſſe ſanctam Dei genitricem. Quorſum hîc Pantheræ ac Barpantheræ mentio? cùm præſertim Judæi hodierni de Panthera nobis narrent infanda. Qualia Celſus apud Origenem, ἀπὸ τινος Πανθήρα τετυμμα, &c. Muhammedanis interea confitentibus, *hoc eſſe à Spiritu ſancto.* Ridendus autem ſcriptor, qui multis probat contra Celſum, ex panthera & homine nihil generari poſſe.

18. Πεὶν ἢ συνελθεῖν ἀυτὲς] Aliud esse συνελθεῖν, aliud συνοικεῖν, docet Josephi locus malè redditus à Gelenio sæpe dormitante, lib. 4. cap. 8. Γυναικὸς δ συνοικέσης βελόμενον διαζεύχθῆναι καθ' ἥς δήποτ' ἂν αἰτίας, πολλαὶ δ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις τοιαῦτ' γίνοιντο, γράμμασι δεῖ τὸν μηδέποτε συνελθεῖν ἰσχυρίζεσθαι· λάβοι γὰρ ἂν ὅτως ἐξουσίαν συνοικεῖν ἑτέρῳ· id est, *Qui vult à conjuge sejungi quacunque de causa, quales multæ hominibus non desunt, scripto sanciat se non amplius cum ea rem habiturum. Sic enim potestas ei fiet alterum sibi conjungendi.* Συνελθεῖν ergò respondet בוא Hebræorum, nec domum ductionem significat modò. Vide 1 Cor. 7. 5. Latinè *convenire* Terentio & Plauto res ea dicitur. Vide & Ciceronem ad Pœtum Epistolâ, cujus initium *Amo verecundiam*. Arnobius, *Gignendis conveniunt liberis*. Quod εἰσελθεῖν apud LXX. de viro, hîc συνελθεῖν de conjugibus dicitur.

19. Παραδειγματίσαι] Dictionarium Ecclesiasticum optimæ notæ in Biblioth. Florent. Σπιλιτεῦσαι, δημοσιεῦσαι, ὑβρίσαι· hoc est, *traducere, famæ objectare*. Cui opponitur illud ἀπολέσαι λάθρα quod sequitur. Apud verum, æquum, & δείκνυμι pluris est decus pudoris quàm ipsa vita Virginis. Hâc quidem nomenclaturâ mors interdum, & ultimum supplicium designatur, sed ratione infamiæ: Nam qui cadunt in bello, quanquam cæteris exemplo præeunt, δειγματίζεσθαι non dicuntur. Vix aliud hîc est παραδειγματίσαι, atque δειγματίσαι Col. 2. 15. quod Hilarius lib. 9. vertit, *ostentui esse fecit*, Augustinus lib. de agone Christi, *exemplavit*, Novatianus lib. de Trinit. cap. 16. de-

dehonestavit. Nec aliter Arabs hoc loco, ان يسهرها *Nolnit eam divulgare*, hoc est, ejus opprobrium publicare: nam & vox eadē Arabibus significat, impositum camelo sontem traducere per vicos urbis: qui mos est gentis etiam hodierno die.

23. Παρθένῳ ἐν γαστὶ ἕξει] Sæpe miratus sum Judæos vim facere in illo Proverbiorum loco, ubi dicitur noscitari non posse viri vestigium super עלמה, ut probent intactam hoc vocabulo non semper designari. Alia enim est Virgo ἐν τῷ φαίνεσθαι, alia ἐν τῷ εἶναι, ut Philosophus loquitur; alia in sensu diviso, alia in sensu composito, ut loquitur Schola. Salomon priori, posteriori Esaias & Matthæus intelligi debent. Sic, ut nostrates & alios omittam, Latini, *Virgo imminuta*; sic Græci, Παρθένος· Homerus de Astyoche, ut & Virgilius de Pasiphaë, quæ jam pepererant. Et *Parthenici* dicebantur olim pueri ex clandestino concubitu nati, quoniam quæ ipsos erant enixæ, pro virginibus habebantur. Hesychius; Παρθένιοι, οἱ ἐξ ἀνεκδότου λάθρα γενώμενοι παῖδες, ἀπὸ τῆς δοκεῖν ἔτι παρθένους εἶναι τὰς γεννησαμένας αὐτούς. Omnino igitur idem significant עלמה Hebræis & Παρθένος Græcis. Nec minùs constaret sensûs ratio, si dixisset Salomon, Nosci non posse viri vestigium super בתולה *virgine* postquam delibata est: quoditâ rectè dici posse neminem Judæorum negaturum arbitror. Quid si scripsisset Esaias, non עלמה, sed בתולה? putásne fore ut Judæi acquiescerent? Jam dicerent, intelligi quæ Virgo fuerat; ut Hierosolyma dicitur *Sancta Civitas*, postquam talis esse desiit, & ut cœci videre dicuntur.

tur. Omnino igitur ut ſatisfieret eorum pervicaciæ ab Eſaia ſcriptum oportuit, *Ecce Virgo permanens virgo pariet, ut ante, ſic poſt partum Virgo.* Quod jam propheticum oraculum non eſſet: nam prophetia omnis ex parte eſt. At nè ſic quidem ſatisfieret populo indomitæ cervicis. Hoc enim eſſe miraculum agnoſcerent: at non uni Jeſu proprium, ſed quod aliàs contigiſſet. Nam ejuſmodi jam ſibi comparârunt effugium: quippe referunt ut à Gentilibus traditum, regnantibus Græcis ac tempore tribuũ, virginem quandã, cui nomẽ Eſchtoniphos, duos peperiſſe filios, & manſiſſe virginem ante & poſt partum, בתולה קודם לידה ואחר לידה, ut ex ספר יוחסין vir doctiſſimus aperuit. Adeò nihil prædictum eſt, ac nè prædici quidem potuit à Prophetis vocibus ità diſertis, ut non earum vim declinare queat animus improbè contumax, donec ei reveletur Domini brachium. Ad rem ipſam quod attinet, apparet Prophetam indignabundum loqui, nec ſignum dare quale obtulerat, vel quale daturus fuerat Achazo, ſi morigerum ſe præbuiſſet; ſed partim ſimplicius & magis obvium quàm pro ejus libidine, partim ſublimius & μυστικώτερον quàm pro ejus captu. Nec merebatur increduli Regis tanta protervia ut ampliùs de confirmando ejus animo Propheta laboraret. Pios igitur Davidicæ domûs potiſſimùm reſpicit. *Nec è terra nec è cœlo ſignum vult Achazus*, inquit; *habetote tamen vos & ex terra & ex cœlo, ex Virgine naſciturũ Emmanuelem, qui hominem Deo, terram cœlo conjungat.* Quamvis autem concederemus, quod à quibuſdam Chriſtianis conceditur; hæc omnia ævo Prophetæ

phetæ quadamtenus contigiſſe, non tamen propterea laboraret Evangeliſtæ fides. Typus enim neceſſariò admitti deberet. Alioqui nihil eſſet frigidius hoc ſigno, ſi tamen ſignum eſſet. Nam Virginem, quæ talis eſſe deſiit, concipere, non eſt novum neque inſolens. Filii etiam partio res eſt conjecturæ: præſertim verò nomen imponendum huic filio commemorare ſupervacaneum videretur. Nam ſive Achazi filius fuit, potuerit Achazus aliud imponere nomen, ut illuderet Prophetæ: ſive fuit Prophetæ filius, quorſum prædiceret velut magnæ molis opus & prodigii partem, quod ab ſua deſtinatione arbitrióque pendebat? Διασυρτικῶς loquitur, & ſanctâ perſtringit Ironiâ pertinaciam Regis inſanabilem. Non vis, inquit, quale offertur; dabitur, quale non vis, hîc Meſſiæ ſignum, ut in Evangelio, Jonæ. Quia verò verba illa, *Ecce virgo concipiet*, &c. illuſtriora & planiora multò erant quàm ferebat modus œconomiæ propheticæ; (nam ſi ſola fuiſſent, quid clarius dici poterat?) ſtatim revolvitur ad ſua tempora, & mel ac butyrum cæteráq; adjicit, quibus, tanquam velo, liquidius illud manifeſtiúsque lumen obnupſit. Quamvis igitur totum id olim fuiſſet ὡς ἐν τύπῳ geſtum & nonnihil adumbratum, tamen in eo ſignum fuiſſet nullum, ſed periphraſis. Nam Propheta dicturus domum Davidicam liberatum iri non ità longo pòſt tempore, atque intra tot annos, quot annis opus eſt ut puellus bonum à malo diſcernere queat, non hoc ità nudè ſimplicitérque dicit, ſed exempli loco puerum adducit Regi, vel ſibi natum, vel naſciturum, ſimul & ejus nomen & alimenta deſcribit: quæ

res tota prodigio caret, niſi Matthæum audimus. Ecce ſignum, inquit, cui contradicitur, planè perfectéque conſummatum, & ſummo veriſſimóque ſenſu: Virgo concepit & peperit Emmanuelem: quod antea nec viſum, nec auditum, ſed præviſum & prædictum, & in imagine quadam rudi depictum. Butyri verò & mellis paſtum, & ſi quæ alia ſatis propriè conveniunt in illum Eſaiæ puerum, omittit, ut abſque involucro, & nube remotâ puriſſimus illuſtris oraculi ſplendor eniteat. Sed an ſignum eſſe potuit antequam res eſſet? Planè ut Apoſtolus, Rom.8. *Qui dedit filium, non dabit omnia cum eo?* pariter Propheta, *Qui daturus eſt ex Davidica domo Virginis filium, non propter eum liberabit domum?* Sed hoc ſignum Achazo pro nullo, credentibus pro maximo fuit; quod nunc, ſive dictum ſive factum Prophetæ reſpexeris, penitus impletur. Vide quæ dicentur ad Joan.12.40.

Cap. II.

15,&,17,& 23. Ἵνα πληρωθῇ, *Ut impleretur*] Non ſunt vexanda loca in quibus hæc legitur formula, *ut impleretur*, quæ non rarò verti debet, *ità ut impleretur*: quod clarum eſt Pſal. 51. 6. Theophylactum omnino vide ad Joan.9.3. Formulam, dixi, quod ità ſæpe reperiatur in Judæorum ſcriptis, ut nihil ſit ſolennius. Unde πρὸς ἄνθρωπον, ut Ariſtoteles loqueretur, adhibita videtur interdum à Domino cum iis diſputante. Nobis igitur ſi quid hîc fortè

tè negotium faceſſit, non poterat, certè non debebat, Judæis faceſſere, aſſuetis huic methodo, juxta quam, non viâ Demonſtrationis, argumenta inſtituebant, qui mos eſt Scholarum noſtrarum, Judæis propemodum incognitus; ſed viâ myſticæ interpretationis meras alluſiones captabant, ex συγκρίσεως & ſimilis eventûs obſervatione, quod noſtrates vocant *Rencontres*, & in eorum ſcriptis paſſim occurrit. Quocirca Dominus quoties cum iis pariter agit per πλήρωσιν, & dicit, *ut impleretur quod ſcriptum eſt*, non continuò accurata rei demonſtratio ibi quærenda eſt: interdum enim non tam probat rem quàm depingit, nec tam ſyllogiſmo convincit quàm percellit animum admirabilitate ſimilitudinis quæ cernitur in eventu præſenti cum oraculo veteri. Quod Judæis, quibus hoc diſſerendi genus familiare fuit, ſatis eſſe debuit, aut nihil ſatis eſſe potuit. Nam in eo genere nihil eſt perfectius, nihil admirabilius, quàm Sacræ illæ alluſiones quibus Dominus utitur, cùm illi ſuis in ſcriptis plerumque ſic allūdant ad loca Scripturæ, ut lectori videantur illudere: cujus exempla rei non pauca reddemus alibi. Nos autem Chriſtiani, quibus adeſt Spiritûs demonſtratio, & certam fidem facit ex directè probantibus, & clariſſimis quibuſdam locis, non mediocre capimus gaudium, nec parùm confirmamur in fide, cùm accedere videmus undique, licèt non æqualis momenti, præſidia, & velut agglomerari cùm Apodictica, tum probabilia; quemadmodum ſcintillæ cum flamma ſimul emicant, & Lunæ dominantis puriſſimum lumen ſidera minora comitantur. Nam quæ vix perſuaderent

derent ſingula, conjuncta cæteris μεγάλῳ ἔχει ῥοπῇ, ut loquitur Polybius. Quiſquis igitur in Scriptura, præſertim Prophetica, demonſtrationes Mathematicas quærit, quas ἡ ὑποκειμένη ὕλη reſpuit, facit intelligendo nihil ut intelligat. Nec minùs peccant qui ex uno aliquo argumentantur loco. Inſtruenda quædam velut acies ex tot illis in unum coactis locis in quibus Meſſias deſcribitur. Nam cùm omnia, minima maxima, de Meſſia prædicta impleantur in Chriſto, quis eum dubitet eſſe Meſſiam? Hæc enim unica demonſtratio eſt per totum Evangelii diffuſa corpus; In quo umbræ ac Prophetiæ veteres univerſæ implentur, verus eſt Meſſias. Quoties igitur ſe aliqua dat occaſio implementum illud oſtendendi etiam in rebus minutis in ſpeciem, aut minùs claris, non omittunt eam Scriptores ſacri.

15. Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου] Hunc locum aptat Alexandrinis Ægyptiis Nazianzenus, Orat. 24 in Ægyptiorum adventum: Καὶ νῦν ἀκύρειν δοκῶ μοι λέγοντος τοῦ Πατρὸς, Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου· ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται τὸ λόγιον πρὸς πάντας ἀνθρώπους. Quanto potiore jure Matthæus Chriſto adhibuit quod Propheta de populo tantùm ſuo videbatur dixiſſe, qui populus imago Chriſti fuit? Quod Pharao Iſraëli, fuit Herodes idipſum Chriſto. Quæ verba Deus cum Moſe fecerat Exod. 4. 19. eadem Angelus Joſepho reddidit Matth. 2. 20. Apprimè autem reſpondet cædes puerorum Iſraëlitarum ex edicto Pharaonis Bethlemitarum infanticidio. Itaque continuatur alluſio adducto altero illo loco mirè pathetico, ſed in quo mera eſt Parodia. Impleri tamen dicitur,

ut

ut in aliis, id de quo locutus erat Jeremias Propheta, dicens, *Vox audita eſt in Rama.* Eſt igitur interdum *impleri*, denuo locum habere, aut, majori cum ratione dici poſſe. Non abſimile, licèt in abſimili materia, illud Arminii apud Tacitum, *En, Varus & eodem iterum fato victæ legiones!* Annal. 1. 65. Quâ diſſerendi viâ & ratione nihil ſolennius apud Judæos etiam hodiernos.

23. Ναζωρέτ & κληθήσε] Non modò tempora, ſed etiam loca diligenter hoc capite notat Matthæus ad Chriſtum ſpectantia: Locum nativitatis, Bethleem; locum exſilii, Ægyptum; locum infanticidii propter Chriſtum, non ità procul à Rama; denique locum educationis, Nazarethum: & in ſingulis alicujus Prophetiæ implementum annotat. Hæc autem deſumpta eſt ex variis hinc indè Prophetis, & quidem *ſenſu*, non *ſono*, ut veteres loquuntur; quæ hîc impleta legitur non tantùm *ſenſu*, ſed etiam *ſono*. Nè nomen quidem Nazaræi defuit ei, de quo prædictum erat eum revera fore Nazaræum. Quanquam dictum à Prophetis, non ſcriptum eſſe potuit; vel ſcriptum in libro quo Deus Eccleſiam orbavit: quale eſt illud Chriſti Act. 20. 35. Quod ſi res eſt, putem non aliud hoc dicto ſignificatum, quàm Nazarenum vocatum iri Meſſiam per contemptum & contumeliam, tanquam eſſet homo nihili: quæ vis huic voci ſubeſt, ut colligas ex Joan. 1. 46. Nihilo tamen minùs Judæi, cœco ſtudio abrepti, Nazarenum vocant Chriſtum, id ſe facere meritò jactantes, & citra contumeliam, certè abſque mendacio, quoniam ex Nazaretho verè prodîiſſet, alterâ patriâ. Scilicet tanti putârunt aliquid afferre,

quo

quo Christus videretur non esse Messias. Verus, inquiebant, Messias falsò, non verè, ut hic, dicetur Nazarenus. Quòd si Christus id nomen ultrò sibi sumpsisset, ea res multò minus ponderis habuisset, quàm cùm ab ipsis adversariis aliud agentibus imponitur. Sicut autem nova falsò dicebatur doctrina Christi, quam interea qui secuti sunt hoc titulo, sed aliter intellecto, insignire non dubitârunt, ut patet ex Evangelii & Novi Fœderis appellatione: ità cùm Christus malitiosè Nazarenus diceretur per ludibrium, quòd idem Messias, idem oriundo Nazarenus esse non posset, sive Nazarethanus, rapiunt illud in meliorem partem Evangelistæ οἰκονομικῶς, & dextrè interpretatum adeò non repudiant, ut aptent instituto suo: non quidem arripientes omen, ut Ethnici, nec læva detorquentes eventa in melius callidâ δεξαμία, ut ille cùm cecidisset exclamavit, *Teneo te, Africa*; sed instinctu Divini Spiritûs, & conscientiâ providentiæ illius, quæ feliciter abutitur hominum pravè factis ac dictis, ipsa convitia trahendo in argumentum veritatis. Nazarenus autem convitium erat, præsertim ubi de eo ageretur qui se Messiam ferret, jam olim pervagatâ & inolitâ opinione, nec Prophetam ullum nec omnino quicquam boni ex Galilæa oriri posse. *Nazarenus vocabitur* est, vile caput habebitur; quod jam & quoad sensum & quoad sonum implent imprudentes Judæi. Christus autem revera vilis despectúsque fuit, & talem esse ac dici fuit inter characteres Messiæ prædictum ἀυτολεξεὶ sub illis verbis, *Nazarenus vocabitur*, ore aut libro non exstante Prophetæ alicujus, ut non injusta suspicio

est;

est; atque adeò in variis Prophetis, Esaiæ imprimis 53, quoad rem ipsam. Nec ratio aptior afferri potest cur Christus Nazarenus cognominatus sit, non modò à Pilato in Crucis titulo, & à Diabolo, sed etiam ab Angelo, & à se ipse: Galilæus verò à suis nunquam. Accessit tamen quòd hæc vox nonnihil inflexa sortitur significatus alios dignissimos Christo; ut *sanctificantis seipsum*, & *principis fratrum*, & id genus alios: quapropter eam Christiani libentiùs admiserunt. Porrò in Matthæi verbis contractioribus post illa, *Et cùm eò venisset, habitavit in oppido dicto Nazareth*, supplenda hæc sunt, (*Id quod locum dedit Judæis eum vocandi Nazarenum*;) atque ità quod prædictum erat à Prophetis impletum est, Quòd vocandus esset Nazarenus. Absque tali enim occasione támque opportuna cavillationi, nunquam eum ità vocare instituissent Judæi, gnari prædictionis illius. Non placet autem in hac voce anxiè disputare de litteris υ & ι, α & ω, η & ι. Rectissimè dictum Synesio, Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἁρμονίαν μικρολογίαν συγγραφικὴν· Non amat nimiùm diligentes. Quæ Græcæ consuetudini traduntur vocabula, in iis mitigari solet durities & peregrinitas mutatione interdum levi, tantâ verò interdum ut alia prorsus appareant. Exempla sunt apud LXX & Josephum. Vide & Nazianzenum Orat. 42. ubi ex vero principio falsam conclusionem deducit, de voce Πάσχα. Nec obstat quòd in Evangelio Βηθσαϊδὰ legitur, non Βηζαϊδά. Nam & LXX & Josephus quædam molliunt, quædam pro arbitratu emollire omittunt. Denique, si cui nondum hæc satisfaciunt in re perplexa, per eum liceat nobis novam interpretationis

pretationis inire viam, ut hæc sit mens: *Et cùm eò venisset, habitavit in urbe Nazareth; sic autem implebitur quod tam sæpe à variis hinc inde Prophetis prædictum est de opprobrio ejus: Nam ex eo quòd habitavit in urbe Nazareth, fiet ut ei Nazareni nomen & ab osoribus imponatur & apud suos hæreat, quo nomine cuncta opprobriorum genera continentur.* Hæc igitur verba, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται, non sunt alicujus veteris Prophetæ verba, sed Evangelistæ Matthæi. Referri enim debent non ad τὸ ῥηθὲν, sed ad τὸ πληρωθῆναι. Quomodo quod per Prophetas prædictum est de eo, propterea implebitur quod habitavit in Nazareth? Quia Nazarenus, indè arreptâ occasione, vocabitur: quo nomine varia variorum Prophetarum vaticinia implentur ac typi. Non igitur mirum si non leguntur apud aliquem Prophetarum hæ voces, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται, cùm nullius sint Prophetæ, sed Matthæi. Quod clarum erit, siquidem ὅτι *quoniam* reddideris. Ideo non dixit Matthæus διὰ τοῦ προφήτου, sed διὰ τῶν προφητῶν: nec διὰ τῶν προφητῶν λεγόντων, ut alibi solet, & quidem bis hoc ipso capite, sed διὰ τῶν προφητῶν simpliciter. Idem igitur est ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν atque si dixisset ἵνα πληρωθῇ τὰ ῥηθέντα, quæ nihil opus fuit recitare, cùm nota essent & nimis multa & apud varios Prophetas; quibus tamen ferè omnibus, inquit, sola Nazareni appellatio non sine numine Messiæ indita respondebit. Vide quæ scripsimus uberiùs in Notis ad Esaiæ 53. p. 133.

CAP.

Cap. V.

3. Ἀνάξιοι οἱ πτωχοὶ πνεύματι, &c.] Opponi videtur hæc ſententia Ethnicorum inſanæ opinioni, de qua Hippocrates libro De aëre, aquis, &c. Minùs religioſos eſſe pauperes quàm divites, adeóque pejores. Ridet eos qui morbum Scythicum quendam divinum vocabant, cùm tamen eo ditiſſimi quique plurimùm laborarent. Nam ſi divinus eſſet, inquit, vel omnibus æquè contingeret, vel pauperibus etiam frequentiùs. Quippe divites Diis victimas & donaria ſæpius offerunt quàm pauperes, qui non habent unde id faciant, adeóque Deos incuſant quòd ſibi opes non largiantur. Εἰκὸς γὰρ τοὺς μὴ πλουσίους θύειν πολλὰ τοῖς Θεοῖς, καὶ ἀναπιμπλάναι ἀναθήματα, ὄντων χρημάτων, καὶ πᾶν· τοὺς δὲ πένητας ἧσσον, διὰ τὸ μὴ ἔχειν, ἔπειτα καὶ βπμεμφομένους, ὅτι ἃ δίδασιν χρήματα ἀυλέουσιν. Quod ipſum, & non oportere hunc locum de pauperibus ſimpliciter intelligi, quorum plerique peſſimi, docet Origenes 6. contra Celſum, Οὐκ ἂν δὴ ὁ τυχὼν ἀκείτως τοὺς πτωχοὺς ἐπήνεσεν, ὧν οἱ πολλοὶ καὶ φαυλότατοί εἰσι τὰ ἤθη. Epictetus cap. 38. Ὅπου γὰρ τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. Flaccus *Magnum pauperies opprobrium, jubet quidvis & facere & pati.* (Aliter tamen qui dixit —— *raræ fumant felicibus aræ.*) In Legis etiam Sacrificiis major videbatur duci ratio divitum. At in Evangelio verè pauperibus maximè locus. Quod Muhammedes à ſe non intellectum, æmulatus tamen, dixit, Paradiſum ingreſſuros gentis ſuæ pauperes quingentis priùs annis quàm divites,

&

& maximam partem Paradiſi incolarum conſtare pauperibus. Reddas autem licet, *Beati egeni*, aut *mendici* ſpiritu: non enim ſi quis pauper aut afflictus, continuò & beatus eſt, niſi miſericordiæ opem imploret. Quæ propriè poteſtas eſt vocis πτωχός. Aliud eſt πένης, (quanquam interdum negligitur hoc diſcrimen.) Aliud enim egeſtas mendicorum, aliud paupertas, quæ Senecæ definitur *parvi poſſeſſio*. Sic Horat. lib.2. Epiſt.2. *Res urget me nulla, meo ſim pauper in ære.* Idem alibi, *Læta paupertas, & avitus apto Cum lare fundus.* Sic 1 Paralip. 22. 14. David, *Ecce ego in paupertate mea.* Heſychius, Πτωχεύειν, ἐπαίρειν· dicitúrque παρὰ τὸ ἐκπεπτωκέναι τῆς ἕξεως, ut habet Etymologicum. Reſpondet autem hîc πτ אביון Hebræorum, quod πτωχὸν decies reddiderunt οἱ ο'. Significat verò *cupidum*, ac deinde *mendicum*, *egenum* vox אביון, unde nomen Ebionis Patres deducunt: nec ineleganter Ebionitis apud Euſebium πτωχεία διανοίας, *egeſtas mentis* attribuitur. Notum illud, Δὸς ἄξιον πτωχῷ, &c. Sicut autem beati famelici dicuntur inferiùs, non ſimpliciter, ſed eſurientes *juſtitiam*; ità beati mendici vel egeni non ſimpliciter hîc dicuntur, ſed *ſpiritu*. Si cui durum hoc, durum & illud videatur. Sed injuria videbitur, cùm ipſe Xenophon πενιᾶν χρημάτων dixerit. Baruch. 2. 18. Ἡ ψυχὴ ἡ πεινῶσα δώσει σοι δόξαν, κύριε. Talibus dixit Chriſtus, *Venite omnes.* Quid autem ſibi vult id quod ſequitur? Αὐτῶν γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. In epiſtola Polycarpi ad Philippenſes conjungitur hoc tertium comma cum decimo, propter eandem in utroque promiſſionem, *nam eorum eſt regnum cœlorum*,

cœlorum, hoc eſt, Evangelium: Certè quod hîc promittitur non ſimile, ſed idem eſt illi εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς, Eſai. 61. Non enim divites multi vocati ſunt ad regnum cœlorum, hoc eſt, Evangelium & fidem: ſuperbus autem & non emendicans gratiam, nemo.

Cap. VI.

9. Πατὴρ] Notabile in primis eſt, quod Plutarchus narrat in Apophthegmatis Alexandrieum ſcilicet; cùm Jovis filius diceretur in Ammonitide, modeſtè hoc interpretatum. *Nempe*, inquit, *Jupiter naturâ omnium eſt Pater, ſed adoptare optimum quemque ſolet.* Ethnici etiam *Patrem* ſummum Deum vocabant, ſed alio intellectu: Themiſtius, Oratione de Theodoſii clementia, Θεῖα μὲν καὶ τὸ παρὸς ἐπωνυμία· πατέρα γὰρ ἀνθρώπων καὶ τὸν Δία οἱ ποιηταὶ ἐπονομάζουσι. Vide Diogenem apud Stobæum. Plato Timæo, Τὸν μὲν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶνδε τῶν παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Philo, De temulentia, Τῷ δὲ παντὸς ἀρχηγέτης ὁ κλίσις καὶ πατὴρ αὐτῷ. Indè Jupiter, quaſi *juvans Pater* —Πατὴρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε. *Divûm Pater atque hominum Rex*: verecundè *Rex*, nè homines viderentur Dei filii. Flaccus, *Gentis humanæ pater atque cuſtos*; ad Græcum etymon reſpiciens, juxta quod indè dictus pater, quòd conſervet atque cuſtodiat. Grammaticus, qui neſcio an verè nomen Dionyſii Thracis præfert in Biblioth. Medicæa, Ἐτυμολογία δέ ἐστιν ἤτοι ἑρμηνεία λέξεως, ἢ ὁπόταν ἐρωτηθῶμεν, τί ἑρμηνεύεται πατήρ;

πατήρ; ὁπὶ μὴ ἡ Θεὸς ἐπίμως ἀποκειδῶμεν, Ὁ τὰ πάντα πηρῶν· ὁπὶ ἀνθρώπε, Ὁ τὸν ἰδίους παῖδας πηρῶν. In eadem Bibliotheca pervetus MS. liber est, in quo post Athanasii nonnulla reperimus adtextam interpretationem perpetuam orationis Dominicæ alibi reddendam; hîc pauca libamus.

ἘΛΘΕΤΩ ἩΒΑΣΙΛΕΙΑ ϹΟΥ] Καὶ πῶς γαρ; ἐὰν ἔσι βασιλεὺς ὁ Θεὸς, ὅπ μέλλ ἔρχεσθ᾽ ἡ βασιλεία αὐτοῦ; ναὶ, βασιλεὺς πάντων· ἀλλ᾽ ὥσπερ πόλις κυκλωθεῖσα ὑπὸ ἐχθρῶν ζητεῖ ἐλθεῖν ὁ βασιλεύς, ἵνα καὶ ἡμεῖς, κυκλωθέντες ὑπὸ τῶν ἐναντίων δυνάμεων, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τῶν πονηρῶν λογισμῶν, ζηλῶμεν ἐλθεῖν ὁ βασιλείαν τὸ Θεὸ, καὶ ἐξέλθωσι (lego ἐξελκύσαι) ἡμᾶς, καὶ χ᾽ ἄλλον τρόπον. ἐπειδὴ ὁ προφήτης λέγ, Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ὁπὶ τὰ ἔθνη, τῷ παρελθόντι χρόνῳ ὡς μέλλοντι χρηματίζω, χαίειν τότε κράζομεν, Ἐλθέτω ἐφ᾽ ἡμᾶς, τὰ ἔθνη, ἡ βασιλεία σου.

ΓΕΝΗΘΕΤΩ ΤΟ ΘΕΛΗΜΑ ϹΟΥ] Τὸ θέλημα ἐστιν ὄντως· Κύριε, ὥσπερ εἰσὶν πάντες οἱ ἄγγελοι ἐν εἰρήνῃ, καὶ οὐκ ἔστιν ὁν αὐτοῖς ὠδῶν καὶ ἀντωφθάλμων, ὅτι θλίβωμεν καὶ θλιβόμεθα, ὅτε πολεμῶ καὶ πολεμάμεθα, ὅτε πίπτων καὶ πιπτόμεθα, ἀλλ᾽ ἅμα πάντες ἐν γαλήνῃ βαθείᾳ δοξάζωσί σε, &c.

ΤΟΝ ἌΡΤΟΝ ἩΜΩΝ ΤΟΝ ἘΠΙΟΥϹΙΟΝ] Ἐπιούσιον ἄρτον λαβεῖν αἰτώμεθα, ἐπειδὴ ὁ πᾶς ἄνθρωπος ἐξ ὑσιῶν δύο κατάκειται, ψυχῆς λέγω καὶ σώματος· καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἑφ᾽ ἑκάστ ὑσίαν προσπορίαν ἄρτον αἰτώμεθα. ἄρτος μὲν γὰρ σώματος ἐσθ᾽ ὃν ἐσθίομεν· ἄρτος δὲ τῆς ψυχῆς λόγος Θεοῦ· ἔφη γάρ πως τῷ ἁγίῳ, Λόγῳ Θεοῦ ἄνοιγε σὸν στόμα, τέκνον, &c.

11. Τὸν ἄρτον τὸν ἐπιούσιον] Vox difficilis, quia μονήρης, quæ tantùm in hac oratione, nec apud ullum scriptorem Ethnicum occurrit. Hesychius,

Ἐπῶσα,

Ἐπῦσα, ἐφ' χομένη. *Dies craſtini.* Socrates, Critone, navigium è Delo, quòd poſtridie quàm veniſſet ipſe moriturus erat, negat venturum τὴ ἐπιόυσης ἡμέρας, die hoc proximè venturo, ſeu craſtino. Ibid. τὴ ἐπιόυσης νυκτός. Evangelium vetus Hebraicum habuit hoc loco מחר *craſtinum*; quod fidelius quàm Ambroſii *poſterum*, vel Athanaſii τὴ μέλλουσα. Sed quid erit, *Da nobis hodie panem noſtrum craſtini?* (Nam ità quidem verba eſſe reddenda certum habeo) Reſpexit Dominus ad Manna quod colligebatur die ſexto in biduum, quia poſtridie Sabbatum erat, Exod. 16. Docet igitur nos petere quod & in craſtinum ſit ſatis; ut quod Iſraëlitis ſemel in hebdomade, nobis quotidie contingat, ſítque vita noſtra perpetuum ſpirituale Sabbatum, quod anxiam περὶ τὰ βιωτικὰ ſollicitudinem excludat, εἰς ἄυριον, *in diem craſtini*, ut loquitur Dominus extremo hujus capitis commate. *Nè ſitis*, inquit, *ſolliciti de craſtino.* Bene paret huic præcepto, & anxiè ſollicitus eſſe non poteſt, quiſquis à Deo cum fiducia petit & exſpectat quantum in craſtinũ ſufficiat. Quæ ſufficientia voce *noſtrum* continetur, ut nec affine ſit, nec opponatur τὸ ἐπιόυσιον τῷ ἐφημερίῳ. Neque neceſſe jam eſt apud Lucam certè *quotidianum* reddere, nè bis idem dicatur. Apud quem τὸ καθ' ἡμέραν (Cicero dixit ἡμερόλεγδον) rectè opponas ei quod non ſingulis diebus, ſed die tantùm ſexto, Iſraëli datum eſt. Par eſt præterea conſiderari Levit. 19. 7. Joſephus Antiq. lib. 3. c. 1. de Manna, Τῆ μὲν ὑπολειφθέντι εἰς τὴ ἐπιόυσαν, ὄυπος ἐδ' ἐμία ἦν· quaſi dicat, Non erat quotidie hic panis ἐπιόσιος, qui prodeſſet in craſtinum; ſed qui colligebatur

die ſexto ἐπίσπ⊖ erat. Qualem nos petere jubemur in dies, ut vacui ſimus ab omni ſollicitudine in craſtinum colligendi, quod eleganter Ælianus dixit τῇ ἐπιόνσῃ μὴ περιμένειν.

13. Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ] Receptam interpretationem ſollicitare nolim, ſed velim ſuo pretio cenſeri alteram hanc, *Defende, ſerva nos ab illo maligno*, nè nos tangat. Filii enim Dei jam liberati ex manu Diaboli Patrem cœleſtē compellant. *Nè nos inducas*, inquiunt, *in tentationem, ſed* (hoc enim propriè *ſervare* eſt: nam aliud eſt *Servator* Latinis, aliud σωτὴρ Græcis) *ſerva nos ab occurſu mali*; quemadmodum Judæi precantur, quorum formulas toto hujus orationis tractu Dominus adſcivit. Sic Joan. 17. 15. ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ· & Apoc. 3. 10. τηρεῖν ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ, non tam liberare, quàm eximere, atq; immunem conſervare. Interdum & hâc notione ſumitur vox σώζειν, ut apud Platonem non ſemel, in Apologia Socratis, pro *incolumem conſervari*. Ità melius opponi videtur hoc membrum priori per vocem ἀλλά. Nam juxta communem interpretationem dicendum foret, *Nè nos inducas in tentationem, vel libera nos à malo*: nempe, ſi fortè nos induxeris. Facilius, *Nè nos inducas, ſed* contrà *cuſtodi nos*, & averte à nobis Tentatorem. Quin autem hoc quoque ſignificet vox ῥύειν, nec tantùm *eruere*, ut ſcitè Tertullianus, dubitari non poteſt. Vide 2 Tim. 4. 18. Heſychius, Ῥῦσαι, φυλάξαι & ità ſæpe ſumitur hæc vox apud Homerum. Sic Il. γ'. ὑπεξαγαγεῖν θανάτου, Euſtathius interpretatur ῥύσασθαι θανάτου. Ergò hîc ῥῦσαι, id eſt ἐξάγειν, rectè opponitur τῷ μὴ εἰσάγῃς vel ἐξενέγκῃς. Vetuſta

Scholia

Scholia jam dicta, Κύειε, ἐὰν ζητήσῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς σινιάσαι ὡς σῖτον, &c. σκέπασον ὑμᾶς ἐν τῇ σκέπῃ σοῦ πτερύγων σε. Soranus in vita Hippocratis, Ἐρρύσατο δ' ἑαυτὸν παρὰ δόξαν πολεμεῖσθαι μέλλοντα ὑπὸ Ἀθηναίων.

34. Μὴ οὖν μεριμνᾶτε εἰς τὴν αὔριον] In hoc & Stoici & Epicuræi consentire videntur. Sed cùm duo dicunt, idem non est idem. Seneca, *Ille beatissimus est & securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine exspectat.* Alter Seneca neminem *crastinum sibi posse polliceri* dixit. Idem non eodem animo legis apud Poëtam voluptuosum, *Quid sit futurum cras, fuge quærere,* &c. *Rapiamus, amici, Occasionem de die. Lætus in præsens animus quod ultrà est Oderit curare. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum :* & ejusmodi complura. Martialis, *Vive hodie.* Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον ἀποθνήσκομεν. Græci Poëtæ, Πῖνε καὶ εὐφραίνε, τί γὰρ αὔριον ; &c. Anacreon, Τὸ σήμερον μέλει μοι, Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδε ; Philetærus Cynegide, Τί δῆτα θνητὸν ἱκετεύω ποιεῖν, πλὴν ἡδέως ζῆν τὸν βίον καθ' ἡμέραν, ἐὰν ἔχῃ τις ὁπόθεν ; Alter apud Athenæum, Πᾶσι δὲ θνητοῖς βέλομαι παραινέσαι τὸ σήμερον ζῆν ἡδέως. Apud Ciceronem Cat. Major. *Quoniam omnino nobis moriendum est, & id incertum an crastino aut etiam hoc ipso die; fruamur hâc vitâ dum licet.* Hæc dicta dicto Domini non sensu sed sono simillima reprehendunt & Ethnici sapientiores & Græci Patres. Homerus, Νήπιοι ἀγερωχῶται, ἐφημέρια φρονέοντες· juxta illud, κακοῖσι τὸ ἐν ποσὶ μᾶλλον ἄεισον. Negant enim oportere ἀυπροβλέπτως διάζειν τὸν βίον. Nazianzenus, Ζῶσι βίον ἀλόγων τὸ πρὸς ἡμέραν καὶ τὸ παρὸν ἀεὶ βιοτεύοντες. At hîc Dominus hoc ipsum præ-

cipere videtur ut vivamus in diem? Non omnem curam excludit, ſed eam ſollicitudinem quæ μέριμνα dicitur, comes egeſtatis, apud Plutarchum Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, addo & avaritiæ, quia *Semper avarus eget*. Nec vetat nos αἰτεῖν, ſed ζητεῖν, atque adeò jubet αἰτεῖν ἵνα μὴ ζητῶμεν. Petimus à Deo panem craſtinum: non autem quærimus tanquam ſummum bonorum, ut Ethnici, quibus *ſumma curarum fuit, quid ederent, quid biberent*, ut eſt apud Senecam. Aliqui tamen nè hoc quidem curant, nec illum ſcopum ſibi proponunt, ſed, quod non minùs turpe eſt, nullum: καθημερόβιοι, *viventes ex tempore*. Quibus minimè patrocinantur hæc Domini verba, prohibentis non *futuri meditationem omnem, ut ſtultam*, quod Epicuri apud Ciceronem dogma eſt parùm ſanum; ſed eam tantùm aliò traduci quæ regno Dei debetur μετὰ φόβου καὶ πόνου· non ut craſtinum negligamus, aut nè cogitemus quidem, brutarum inſtar animantium; ſed remiſſiùs curemus ut παρεργον, majoribus intenti, ἀπὸ ἡσυχίας καὶ ἀμεριμνίας.

Cap. IX.

36. Ἐκλελυμένοι καὶ ἐρριμμένοι] Non eſt aſpernanda hæc lectio (quam & apud Patres & in vetuſtiſſimis exemplaribus Græcis & Latinis habes) ἐσκυλμένοι, quæ minè convenit cum ἐρριμμένοι. Syrus ; Vulgata optimè, *vexati*. Gloſſarium, *Vexare*, σκύλλειν. Idem, Σκύλλομαι, *jactor*. Hinc nomen *Scyllæ*: unde Poeta κυνώπιδα & eruditè, ut ſemper, *Scyllam* dixit

Dulichias

Dulichias vexâſſe rates.

Non aliter diſjiciuntur oves in terra quàm naves in mari. Herodianus σκύλαι καὶ ὑζείσαι conjunxit. Chryſoſtomus de moleſtia itineris hanc vocem uſurpat. Invenies & vocem σκύλλεσθαι apud Lucianum Lexiphane. Optimè reddas, *vexati & jactati.*

Cap. XI.

11. Ὁ δὲ μικρότερος ἐν βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστι] Photius, poſtquam aliorum ſententias retulit & ſummâ modeſtiâ improbavit, cenſet legendum eſſe cum interrogationis nota, út quæ præcedunt, *Quid exiiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam?* quod ipſe vocat χῆμα τῆς λόγου εἰς ἢ κατ' ἐρώτησιν τύπον ῥυθμίσαι, *An minimus in regno cœlorum ipſo major eſt?* Nempe, miratur Baptiſtam, poſt tot laudes, adeò cogi in ordinem, ut ei minimus etiam præferatur, immemor eorum quæ leguntur Joan. 14. 12. καὶ μείζονα τούτων ποιήσει. Nec miraculis, nec dono linguarum, nec eâ reſurrectionis Domini & myſterii cœleſtis in vocatione Gentium notitiâ pollebat Joannes quâ prædíti fuêre omnes Dei ſervi, conſtituto regno cœlorum poſt aſcenſionem Chriſti; quod equidem hîc præcipuè intelligendum puto, ut minimus dicatur major peritiâ, non dignitate. Sic (ut obſervârunt eruditi) Magiſtri dicunt de diſcipulis octoginta Hillelis גדול שבכולן יונתן *maximus qui in omnibus illis erat Jonathas.* Minimum autem faciunt Zacchaidem,

dem, cujus opera & doctrinam postquam laudibus extulerunt, concludunt : וכימאחר דקטן שבכלם כן גדול שבכולן על אחרכמה וכמה *Postquam ille qui minimus est inter illos omnes tam magnus, is qui inter omnes fuit supra cæteros quantus & quantus erit?* Hi scilicet erant ἄρχοντες τ῀ αἰῶνο τότε, נדלי עלם *magnates seculi*, hoc est, Doctores Legis : nam Principes & Reges mundi non crucifixerunt Dominum gloriæ, 1 Cor. 11.8. Nec alio sensu *parvuli* opponuntur *sapientibus* Matth. 11.25.

12. Ἡ βασιλεία τ῀ ὐρανῶν βιάζετ), κ) βιασαὶ ἁρπάζυσιν ἀυτήν] Avitus contra Arianos, *Nec semper invitos rapi rearis, frequenter raptos suos monstrat & gratia; siquidem, teste Evangelio, & Pater trahit qui ad Filium veniunt, & à violentis rapitur regnum cœleste. Quæ sic rapina desiderii sui sancti efficit compotem, ut Dei cui hoc violenter eripitur magis provocet largitatem.* Idem de latrone in Cruce, *Dudum invadendi cupidus mutavit vota prædandi : armatus trabalibus clavis vim intulit regno cœlorum.* Augustinus alicubi, *Nos cum nostris desidemus literis, & idiotæ rapiunt regnum cœlorum.* Notanda sunt illa verba ἕως ἄρτι. Tempore Joannis Baptistæ propriè non fuit regnum cœlorum, sed *adventabat*, ἤγγικεν, & proximè venturum *evangelizabatur* Luc. 16. 16. Cùm ergò dixisset Dominus, *Lex & Prophetæ usque ad Joannem*; quid Joannes? non Propheta quidem, sed *plus quàm Propheta*, inquit : non Evangelista quidem præsentis, & jam constituti per Spiritum Dei & Apostolos Christi, regni cœlorum, sed jam jam adventuri. Quod interea non impedit,

impedit, quò minùs à diebus Joannis ἕως ἄρτι, *adhuc*, quicunque trahunt aliquid ex fortiore illo ſpiritu Eliæ, in hoc regnum, licèt nondum tempeſtivo tempore, irruant, impetu zeli ferventioris velut igneo curru abrepti. Non exſpectant illud, ſed venienti occurrunt, & eunt obviám: Occupant, & ante tempus auferunt. Confer Matth. 12. 29. Hæc loci mens: Locutioni autem locum dedit quòd non Phariſæi, non ſapientes ſeculi Chriſto nomen dabant; ſed populus, meretrices, milites, ac inprimis publicani, χρηματίζειν βίον profeſſi, qui, autore Philoſopho, βίαιός τίς ἐστι. Eo certè potiſſimùm nomine infames erant, quòd violenti eſſet exactores, ut majores eorum, qui nectebant σαγήνας βιαίων συναλλαγμάτων, Eſa. 58. *Suffocationes impotentium commerciorum*, ſicut vertit antiquiſſimus Interpres in Epiſtola Barnabæ; propriè *violentorum*. Nimirum hi ſunt alio ſenſu nunc βιασταὶ, *rapaces regni cœlorum*. Qui? Matthæus ipſe qui ſcribit, Levis, Zacchæus, ἀρχιτελῶναι, τελῶναι, qui dicti omnes βίαιοι, βαρεῖς, φορτικοί· nunc aliter ἁρπάζοντες. Nam & Publicanorum propria fuit non modò βία ſed etiam ἁρπαγὴ, quippe apud Suidam iis tribuitur πεπαῤῥησιασμένη βία, & ἀνεπιλήπτῳ ἁρπαγῇ, quod inprimis ad propoſitum facit. Notus & ille verſiculus, Πάντες τελῶναι, πάντες οἷον ἅρπαγες. Unde cùm ſeſe opponit Publicano Phariſæus ille Luc. 18. 11. & gratias agit quòd non ſit quales cæteri homines, primo loco poſuit ἅρπαγες. Punita ſunt legibus, non modò quæ illicitè ab iis exacta, ſed etiam, & longè quidem graviùs, *quæ per vim extorta*, ut eruditiſſimi homines obſervárunt. Vide Luc. 19. 8. Et

Leonibus

Leonibus comparantur, ut ſcias eorum fuiſſe proprium τὸ ἁρπάζειν. Interrogatus namque Theocritus quæ maximè fera belluarum eſſet, reſpondit, Ἐν μὲν ὄρεσιν ἄρκτοι καὶ λέοντες, ἐν δὲ πόλεσι τελῶναι καὶ συκοφάνται. Jam verò conſtat Publicanos fuiſſe præcipuos ac veluti Duces eorum qui baptizati ſunt à Joanne. Nullum dubitandi locum relinquit Lucas cap. 7. quo capite omnino eadem iiſdem propè verbis quæ hîc à Matthæo hiſtoria narratur. At inter illa verba, *Qui minimus eſt in regno cœlorum, major eſt*, & hæc, *Sed cui aſſimilabo gentem iſtam?* &c. quæ pariter apud utrumque leguntur Evangeliſtam, Lucas diverſiſſima verba poſuit ab iis quæ leguntur apud Matthæum, ſed eodem planè ſenſu, & ἐκ παραλλήλου.

Mat. 11. 12, 13.	Luc. 8. 29, 30.
Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν.	Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν Θεὸν, βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου.
Πάντες γὰρ οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν, &c.	Οἱ δὲ Φαρισαῖοι καὶ οἱ νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς, μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ.

Quod Matthæus de Publicanis (quorum ipſe unus erat) latentiùs, id apertè Lucas extulit, velut interpres ejus & enarrator. Docet enim qui ſint illi apud Matthæum ſancti βιασταὶ & ἅρπαγες. *Promiſcua*, inquit, *plebs & Publicani*, οἱ ἐδικαίωσαν τὸν Θεόν· illi ἄδικοι, illi παράνομοι vulgò dicti, baptiſmum Joannis ſuſceperunt, quem recuſârunt Phariſæi

Phariſæi & Legiſtæ, ut ità dicam, illi οἱ νομικοί. Sic regnum cœlorum præripuere Publicani Phariſæis, iiſque præiverunt: quod ipſe Dominus iis aperit Matth. 21. 31. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης πρὸς ὑμᾶς ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ· οἱ δὲ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι ἐπίστευσαν αὐτῷ. Hæc igitur verba, Βιασαὶ ἁρπάζουσιν αὐτὴν, perſimilia ſunt illis, *Faciam vos piſcatores hominum.* Nempe in utriſque ad inſtitutum vitæ priſtinum alludicur. Nec obſtat quòd Lucas aliquid non abſimile ſcripſit alibi, Πᾶς βιάζεται αὐτὴν· potuit enim ex Matthæo mutuari. *Rapi* autem regnum cœlorum ſolus inter Scriptores Sacros Matthæus dixit. Multò minùs autem obſtat, quòd hîc Dominus, non Matthæus loquitur. Nam quis neſcit Evangeliſtas non verba ſed ſenſa Domini reddidiſſe? Alioqui nulla ratio reddi poſſet varietatis quæ inter ipſos, tum etiam cùm rem omnino eandem narrant, occurrit. Senſum igitur Domini Matthæus extulit verbis ſuis, inſtinctu Spiritûs Sancti, cujus propria dos ἡ παῤῥησία.

21. Οὐαί σοι Χοραζὶν, οὐαί σοι Βηθσαϊδά] Hanc ideam Orationis Rhetores vocant σφοδρότητα, Patres καταφορικὸν λόγον, vehementem ac impetuoſum, invectivæ in morem: ineptũ eſt autem impetus ejuſmodi patheticos revocare ſub leges ſedatæ orationis in qua nullus flagrat affectus. Fruſtrà igitur quæritur an aptitudo quædam ineſſet major ad fidem in Tyriis, Sidoniis, Sodomitis, quàm in Corazinitis, Bethſaiditis, Capernaitis. Non hoc agitur. Populariter, non accuratè; indignanter, & cum æſtu increpantis, non autem dogmaticè aut

more

more narrantis; ac præterea comparatè, non absolutè loquitur. Maxima fuit, inquit, in illis contumacia, in vobis etiam major: vos justificatis illos: præ vobis conversi etiam fuissent illi, qui minimè omnium converti poterant. Duobus ex locis Ezechielis hisce Domini verbis lux inferenda est Prior Ezech. 16. 51. *Justificâsti sorores tuas*, &c. *Non peccârunt*, inquit, *illæ dimidium peccatorum tuorum.* Atqui peccârant in immensum. Quasi dicat, *Rebellio tua non habet parem.* Alter Ezech. 3. 6. ubi Dominus ità Prophetam compellat, *Ad domum Israëlis misi te, non ad populum profundi sermonis*, aut ignotæ linguæ: *nam si mittereris ad eos, audirent te*; Chaldæus, *obedirent tibi.* Non hoc vult, Gentes dociliores esse aut procliviores ad Prophetæ dicto audiendum, quem præsertim non intelligerent, ipsis Barbarum; sed Judæos ad zelotypiam, ut Paulus loquitur, incitat: non sine Hyperbole, quâ nulla est aptior ad increpandum figura. Cùm autem Gentium nomen apud eos esset infame ac exosum, vix acriùs eos vellicaret, dicendo, *Si mittereris ad asinos aut boves*: quale est illud Esa. 1. 2. Nempe hoc unum voluit, *An est ulla sub cœlo natio tam rebellis?* Non aliter hîc eandem domum Israëlis institutâ cum Gentibus iisdem contentione castigat, sed adhibitis populorum trium singularibus exemplis: qui tres populi & erant, & habebantur à tribus aliis quibus eos opponit, à pietate alienissimi ac præ cæteris omnibus exsecrandi. *Quia non Idola colitis*, inquit Dominus, *quia non palàm & licenter indulgetis luxui, vobis placetis, alios contemnitis. At ego vobis denuntio fore, ut Tyri, Sidonis, ac Sodomæ*

potior sit quàm vestra conditio. Quid ità? illæ minora beneficia sortitæ sunt, vos longè majorem lucem usurpatis oculis; quam si usurpâssent illæ, si tot meæ signa potentiæ vidissent, jamdudum aliquod edidissent signum pœnitentiæ. Non potuit Judæorum fastum contundere πληκτικώτερον, aut ulcus eorum tangere aptiùs, quàm eos illis præferendo, quos ipsi putabant longissimè remotos à regno cœlorum. Sic dicimus nos, *Mallem cum Turca mihi res esset. Nemo Judæus tot opibus abundans tam lucro deditus esset. Si toties objurgatus fuisset Dæmon, à mendacio abstineret.* Πάθος est, non dogma: nec prædictio, sed maledictio & exaggeratio. Præterea notandum hîc est, quod & alibi sæpe locum habet, per singularia exempla, sed insignia, universale scitum adstrui. Vide quæ dicentur ad Rom. 9. 3. *Nulla est*, inquit, *gens tam effera, támque indomitæ cervicis, (nec Tyrum, nec Sidonios, nec Sodomam excipio) quæ non aut converteretur, aut commoveretur saltem tot signis illis ac virtutibus, quas vos Corazinitæ, Bethsaiditæ, Capernaitæ ludibrio habetis.* Væ igitur tot quæstionibus quibus tanquam pila vexatur hic locus, de quibus persuasissimum habeo nunquam cogitâsse Matthæum, nunquam Dominum!

21. Ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ] Ut vox *sacci* communis omnium linguarum, ità *cineris* in luctu sparsio communis omnium populorum. A Judæis enim, quos eâ usos esse constat ex Jerem. 6. 26. & Deut. 9. 3. & Josepho historiæ lib. 20. cap. 5. transiit ad Ægyptios, ut patet ex Diodoro Siculo; ab Ægyptiis ad Græcos, ut docemur ex variis locis Demosthenis, Luciani, Plutarchi, & sæpe repetito

petito apud Homerum versu, Ἀμφοτερῆσι δ' ἔχεον ἐλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν· à Græcis ad Romanos, u constat ex Ovidio & Apuleio. Nec primoribu Christianis omnino inusitatum fuisse Tertullianu innuit.

25. Ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ] Platonicum dog ma erat, Credi à sapientibus quod erat incredi bile subtilibus ingeniis & contentiosis. Hermia non editus in Phædrum; Πάνυ δὲ θαυμαστῶς εἴρηκε περὶ τῆς ἄλλης ἀποδείξεως τῆς Παλινῳδίας, τὸ δεινοῖς μὲν, τοῦτ' ἔστι τοῖς ἐειστικαῖς, ἄπιστον αὐτῷ εἶναι, σοφοῖς δὲ πιστόν. Longè aliter Christus, qui celatum ait non modò subtiles, sed Sapientes ipsos, id quod νηπίοις fidè revelatur. Vide Sapientiæ 3. 21.

30. Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ φορτίον ἐλαφρόν] Clemens Alexandrinus Strom. 1. ubi Platonem his consentanea scripsisse docet; Ἀρατέ φησιν ἀφ' ὑμῶν τὰ βαρυηκόον ζυγὸν, καὶ λάβετε τὸ πρᾶον, ἢ γεγραφήσει, καὶ ἀναπαύσεσθε καὶ οἱ ποιηταὶ δύλειον καλοῦσι ζυγόν. Pindarus, Φέρειν ἐλαφρῶς ἐπαυχένιον λαβόντα ζυγὸν ἀρήγει. Libanius, Τὸ φορτίον πέφυκε λύειν. Notum illud Æneæ, ——*neo me labor iste gravabit.* Nota & historia fratrum qui boum vice jugo subiêre, currúmque traxêre, quo parentes eriperent; --*fraterni semper amoris Dulce jugum.* Ausonius, *Blando vis latet imperio.* Seneca, *Nulla vis major pietate verâ est.* Πειθανάγκη. Cicero Verrinâ 8. in ipso limine, *Atque hoc ego plus oneris habeo, si onus est id appellandum quod cum lætitia feras & voluptate.* Seneca multus est ut probet, in vitio plus inesse quàm in virtute difficultatis. Quod & Chrysostomus in hunc locum, Δυσκολώτερον ἡ κακία. Clemens ad Corinthios epistolâ planèaure â, Ἐι γὰρ ὁ

Κύει-

Κύριος ὅπως ἐταπεινοφρόνησε, τί ποιήσωμεν ἡμεῖς οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐλθόντες; Jugum hoc ſuum Dominus עול תורה *jugo Legis* & peccati, ſub quo gemebant οἱ κοπιῶντες & πεφορτισμένοι, opponit gemino epitheto, χρηστῷ & ἐλαφρῷ. Eſt autem χρηστὸν modò *utile*, modò *ſuave*. Gloſſæ Philoxeni, Χρηστὸς *frugalis, ſuavis, utilis, jucundus*. Altero ſenſu τὸ χρηστὸν & τὸν χρεισὸν inter ſe opponunt ſcitiſſimè Patres; altero hîc ſumitur: ſed alter oritur ex altero; quippe ſuavis benignúsque cenſetur qui ſe præbet aliis utilem. Tertullianus Apol. cap. 3. *Chriſtianus (quantum interpretatio eſt) de Unctione deducitur. Sed & cùm perperàm Chriſtianus pronuntiatur à vobis (nam nec nominis certa eſt notitia penès vos) de Suavitate vel Benignitate compoſitum eſt.* Nec modò Chreſtianos ex Chriſtianis, ſed Chreſtum ex Chriſto fecere non modò Ethnici, ſed ipſi Patres; non quòd verum etymon ignorarent, opinor, ſed quòd convincendis Ethnicis opportunus eſſet hic eorum error, an οἰκονομία; Juſtinus Apol. 1. Χρεισταὶ μὲν οὖν κατηγορέομεν, τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι ἀδίκως. Vide Irenæum lib. 3. cap. 20. Lactantius errorem *ignorantium* vocat, *cùm immutatâ literâ Chreſtus* dicitur. Lucianus Philopatride, Χρηστὸς ἂν εἴης ἐκ τοῦ χρήματος· ubi Chreſtum non pro Chriſto, ſed pro Chriſtiano poſuit: Ἐγὼ δ', χρηστοὶ ὀλίγοι ὡς γὰρ βλέπω πανταχοῦ· *Rari quippe boni*: nam hîc χρηστὸς bonum frugalémque ſignificat. Idem ibidem, Εἰγε τύχοι Χρηστὸς ἐν τοῖς ἔθνεσι· ubi jam Chriſtum intelligit. Suetonius etiam Chriſtum intellexiſſe creditur, cùm *impulſore Chreſto Judæos tumultuatos eſſe* ſcribit. Sed aliud debet, certè poteſt,

teſt, intelligi, cùm aliis de cauſis, tum quòd *Chriſtus* nomen fuerit Græcis uſitatum & Romanis. Apud Photium Dionyſius Heracleotarum Rex Χρηστὸς appellatus eſt, apud Plutarchum Phocion & aliis non cognomen, ſed proprium id nomini fuit, non ſecùs ac Probus, Lenis, Tranquillus. *Chreſti compilatio* memoratur à Tullio, ad Cœlium epiſtolâ.

Cap. XII.

32. Οτκ ἀφεθήσεται αὐτῷ ὅτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι ὅτε ἐν τῷ μέλλοντι] Peccatum hoc diabolicum eſt, poſitum in impudenti blaſphemia, & mera malignitate contra veritatem liquidò ſeſe ingerentem ipſis ſenſibus. Nec eſt averſantium per incredulitatem Chriſti conditionem humanam, ſed adverſantium præ odio miraculis ejus & demonſtrationi Spiritûs, qui *delicata res* eſt, ut Tertullianus, & nimis zelotypus, ut Scriptura loquitur, quàm ut vim ſuam exſerat ingenerandæ pœnitentiæ (quod eſt ejus officium) in eorum cordibus qui palàm ejus opera illuſtriſſima ludibrio exponunt, & per ſummam calumniam Damoni tranſcribunt. Sunt certi denique fines Dei patientiæ, qui dum invenitur quæri debet, nec ineri poteſt. Tale peccatum Adami non fuit, quamquam fuit univerſalis Legis tranſgreſſio; nec Pharaonis, quanquam peccavit רום יד *elatâ manu*, nec Pauli, quanquam blaſphemus & perſecutor Eccleſiæ fuit; nec Petri, quanquam ter Filium hominis abnegavit; nec Ananiæ, quanquam De-

Spiri

Spirituíque Sancto mentitus eſt; nec denique Simonis Magi, quanquam Spiritum Dei mercabilem putavit ac proſtituit. Attamen ſi quis omnia peccatorum illorum veſtigia perſequatur, & quicquid turpiſſimum eſt in ſingulis mentis agitatione in unum conjungat, remotâ omni vi tentationis, omni ſtudio tuendæ ſupremæ poteſtatis, omni ignorantiâ, omni timore mortis, omni illecebrâ ingentis lucri, omni denique ad ſpem veniæ rimâ, ut ſola ſimplex impudentia & nuda nequitia ſuperſit, is non abſimile peccati contra Spiritum inſtar informaverit; cujus Πρωτότυπον in Diabolo cernitur. Hic enim peccat ut peccet, nullo fructu, totâ voluntate. Homo igitur qui συμῇ κεφαλῇ partes Diaboli ſequitur contra Deum, & in quo non ſpiritus contra carnem luctatur, quod eſt humanum, ſed ſpiritus contra Spiritum, adeò ut pro ſpiritu Satanæ contra Spiritum Dei contumeliosè tum blaſphemias evomat, cùm Deus edendo miracula hominum ſaluti maximè indulget, non mirum, ſi talis homo ſeminis Abrahæ privilegiis abdicatur, &, cumulatâ peccati menſurâ, traditus in ſenſum reprobũ, æternã Dei maledictionem cum Diabolo incurrit, nullâ ſpe veniæ relictâ. Occaſio anathematis hujus fortè petenda ex dicto Rabbinorum, החולק על כבו כחולק על שכינו *Qui contendit contra Magiſtrum ſuum, eſt quaſi contendens contra Spiritum Sanctum.* Hoc jactantibus inter diſcipulos Phariſæis, dicit Dominus, Neſcitis quid ſit peccare contra Spiritum Sanctum. Qui meum, Filii hominis, nedum qui veſtrum, contemnit magiſterium, non eſt hujus peccati reus; ſed qui blaſphemat contra

potentiam & demonſtrationem Spiritûs, hoc eſt miracula Divina, ut vos.

36. Πᾶν ῥῆμα ἀργὸν] Poſtquam ſuprà dixit de peccato in Spiritum S. alludere nunc videtur ad vulgare dictum Rabbinorum, *Spiritum Sanctum non habitare inter* קלות ראש *caput levitatis, aut verba otioſa* בטלים דברי. Exemplaria quædam, ῥῆμα πονηρὸν, juxta comma præcedens. Non tantùm de malefactis, ſed etiam de maledictis ratio reddetur. Optimo ſenſu, qui voce ἀργὸν pariter continetur. Eſt enim ἀργὸν *velox, leve, temerarium*, cùm ἡ γλῶσσα περιτρέχει τῆς διανοίας, *Et ſemel emiſſum volat irrevocabile verbum.* Homero πόδας ἀργὸς equus eſt ποδὰς ὠκύς. Moſchopulus, Ἀργὸς, ὁ λευκὸς· ἢ ὁ μὴ ἐργαζόμενος, ὃς καὶ ἄεργος λέγεται ποιητικῶς· ἢ ὁ ταχὺς, κατ' ἀνάφρασιν. *Leve* autem hîc non eſt mutabile aut inconſtans, ſed vile, improbum; nam *levem hominem* Tullius denique vocat Antonium, poſtquam in eo maledicendi vim omnem contumeliarum & omnes ideas conſumpſit. Ad etymon ſi reſpicimus, ἀργὸν eſt proprièe *nequam*, & opponitur non τῷ ἔργῳ, ſed τῇ ἐνεργείᾳ, ut nequam opponitur frugali, & apud Terent. Adelph. ei *qui alicui rei eſt.* Cicero 3 Tuſc. *Frugalitas, ut opinor, à fruge, quia nihil melius è terra oritur; Nequitia ab eo (etſi erit hoc fortaſſe durius, ſed tentemus, & luſiſſe putemur, ſi nil ſit) quod nequicquam eſt in tali homine, ex quo idem nihili dicitur.* Nec erat quod excuſaret, cùm eandem originationem approbârit Varro lib. de Lingua Latina, ut refert Gellius hîc videndus, lib. 7. cap. 11. Eandem laudat Auguſtinus de Vita beata. Sic noſtratibus, *Qui nihil valet,*

qui

qui nihil facit, probroſum eſt. Nec obſcura eſt hæc λιτότης in voce *infami*, & in voce *improbus*, Tertulliano *imbonus*, & (quod idem eſt) *immanis*, quæ non virtutis expertem ſignificat, ſed malitioſum. Sic ἄσωτον, & ἀκόλαστον Græci dicunt, & ἄνομον, ſed & ἀχρεῖον, & ἄχρηστον, ἀντὶ τοῦ κακοῤῥόπου καὶ μιαροῦ. Certè ſi ἀργὸς *piger* κατ' ἀντίφρασιν *velocem* ſignificat, quidni ἀεργὸς quaſi ἄεργος, *inutilis*, *infructuoſus*, accipi poſſit pro πανοῦργος, ut *nequam* pro conſcelerato? Gloſſarium, *Nequam*, ἀχρεῖος· *nequitiæ*, ἀχρειότητες κακίας· *nequius* (fortè *nequis*) πονηρὸς, ἀχρεῖος. Nec aliter ἄκαρπον ſumitur Eph. 5. 11. (Atque ut μάταιον שוא *vanum* pro falſo, ſic ἀργὸν *inutile* pro noxio & malo) Tota loci ſeries poſtulat ut ſic intelligamus: Verba illa, & voces ludibrioſæ, quas vos nihili putatis, à corde malo profectæ malignæ ſunt, & vos aliquando condemnabunt.

40. Ὥσπερ γὰρ ὧδε Ἰωνᾶς] Scholia Bibliothecæ Mediceæ optima & antiquiſſima in Homerum, ubi de Neſtore tri-ſecli-ſene; Καὶ γὰρ ὁ Νηλεὺς ἡμέρας ὁμοῦ ἡμίσας, καὶ τῇ τρίτῃ τὸ ἐωθινὸν ἕξιον, διὰ τριῶν ὁμοῦ ἡμεῖν λέγει, καίτοι μίαν μόνην τελέσας καὶ μέσην. Sic Neſtor dictus tres vidiſſe γενεάς· quod ibidem explicatur erudité. Ità Chriſtus tres dies & tres noctes fuit in ſepulchro, i. tria νυχθήμερα, litèt medium tantùm νυχθημέρου fuerit integrum: primi nempe ac tertii νυχθημέρου pars accipitur pro toto. Nec Jonas, ut arbitror, diuti ùs fuit in ceto. Nec aliter dicitur hîc *in corde terræ* Chriſtus, quod non eſt vexandum, quàm Jonas בלבב ימים, LXX. εἰς καρδίαν θαλάσσης· ut *in corde maris* Tyrus, i. in introitu maris. Ut autem forma

hæc loquendi de loco non debet accipi κατὰ τὸ ἀναβὲς, ità nec illa prior de numero dierum & noctium; sed ex recepta Judæis loquendi & putandi consuetudine. Accedit quòd Judæi miracula contemnentes Christi, ea vocabant *è terra*, & opponebant miraculis Prophetarum è cœlo; quòd ea Christus ederet in terra. Rectè igitur *in corde terræ*, i. non in superficie terræ, aut super terra, sed sub terra ipsa; Ephes. 4. 9. *in partibus infimis terræ*, ac sepulchro. *Cor* igitur *terræ* quicquid sub terra est. Porrò manifestum est Dominum hîc indignabundum loqui, & zelotypiâ incensum. Ex cœlo miracula poscitis, ex terra contemnitis. Non me decet morigerari vestræ proterviæ. Dabo unum pro cunctis, maximum miraculorum, non quale vos optatis, sed quale me dignum est, cui simile nullum Prophetarum vestrorum quisquam edidit, Resurrectionem mei proprii corporis, non tantùm ex terra, sed ex ipso corde terræ, ut vos vestri pudeat, qui signa è terra putatis aspernanda. Nullum è cœlo unquam prodîit huic ex corde terræ comparandum. Ferè ut olim cùm Achazus signa & ex cœlo & ex terra recusaret, Propheta, ut increduli Regis fastum contunderet, ex Virgine nasciturum Emmanuelem, ac tum ex cœlo tum ex terra proditurum, irâ percitus pro signo dedit, & obtrusit invito. Vide quæ annotavimus ad Matth. 1. 23.

Cap. XIX.

24. Ἐυκοπώτερον κάμηλον διελθεῖν διὰ τρυπήματος ῥαφίδος] Clemens Alexandrinus habet βελόνης pro ῥαφίδος, & διελεύσεσθαι pro διελθεῖν' &, quod magis mirabitur qui minùs fuerit in Patrum lectione volutatus, φιλοσοφεῖν pro εἰς τὴν βασιλείαν τῦ Θεῦ εἰσελθεῖν. Origenes τρυμαλιᾶς pro τρυπήματος, ubi Celso respondet objicienti totum hunc locum detortum ex Platone, Τῦ Ἰησῦ παραφθειρόντος τὸ Πλατωνικὸν, Ὅτι ἀγαθὸν ὄντα διαφερόντως ἢ πλεῖστον διαφερόντως ἀδύνατον. Trita fuit Judæorum Parœmia non modò de Camelo, sed etiam de Elephante, fortè etiam de rudente. Certè jam Theophylacti ævo quidam de fune nautico hunc locum intellexere, sibíque visi sunt rem acu tangere. Scilicet ex vicinia pronunciationis, ut alibi sæpe, orto errore, non κάμηλον legerunt, sed κάμιλον, quòd significare *rudentem* ex Suida & Scholiaste Aristophanis docemur. Dominus Syriacè dixit גמל, non חבל, unde Græcũ κάμιλον, Gallicum *cable*, Belgicum *cabel*. Est autem camelus gibbosum animal & tortuosum, *quod exigua caverna præterire non patitur*, ut Maximus Episcopus loquitur. Quò tortuosius eò ineptius ad transeundum, & eò aptius hyperboles intentioni. Nec minor apud Arabes affinitas harum vocum. Ex eadem enim radice sunt جَمَل *Jamalum*, *camelus*, & جُمَّل *Jummalum*, *rudens*, *funis crassior*, nullo discrimine ubi sine vocalibus leguntur. Habetur & in Co-

rano, capite de Muro, *Potiùs intraret camelus per foramen acûs.*

Cap. XXII.

32. Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς Θεὸς νεκρῶν] Quantam creârit molestiam hic locus eruditissimis ingeniis, notum est. Contendunt magìs animæ immortalitatem ex Domini argumento effici, quàm corporum resurrectionem, de qua tamen disertè agebatur. Nos existimamus & hîc & alibi non meliùs levari posse difficultatem, quàm si occasio dicti perpendatur. Scitum erat inter Judæos pervagatum, אין הקדוש ברוך הוא מיחד שמו על הצדיקים בחייהם *Deus Sanctus benedictus non tribuit nomen suum justis adhuc viventibus*: hoc est, Deus non dicitur esse Deus justi alicujus dum vivit, sed postquam est mortuus. Bene an secus nunc equidem non interpretor: sed hoc volebant, nunquam de aliquo dicere Deum, *Ego sum illius Deus*, nisi post ejus mortem in altero demum seculo: nam hi, hoc est Judæi promiscuè, resurrectionem credebant; at Sadducæi contrà, οἱ ἀνπλέγοντες ἀνάςασιν μὴ εἶναι, qui animam exstingui cum corpore docebant, & nihil hominis post mortem supereſſe, iidem, ut erat consentaneum, dicebant *Deum esse Deum non mortuorum, sed viventium*: id quod ex eorum hypothesi necessariò sequebatur; alioqui Deus neminis unquam fuisset Deus. Assumit hoc eorum principium Dominus admirabili sapientiâ: *Falli Judæos dicitis vos*, inquit, *cùm Deum dicunt mortuorum esse Deum. Esto*;

Esto; non sit Deus mortuorum, sed viventium: hoc vos ipsi docetis. Atqui Deus est Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob: hoc Deus ipse dixit, postquam erant mortui. Oportet igitur vivant illi: sed (apud vos maximè qui negatis animam extra corpus posse vivere) quo tandem pacto viventes dici poterunt, si nulla sit resurrectio? Itaque medii tenebantur, ut nisi vellent aut id verum negare quod ipse Deus dixerat, aut proprio renuntiare dogmati, resurrectionem confiteri cogerentur. Planè invictum argumentum, sed πρὸς ἄνθρωπον, ut Philosophus loquitur.

Cap. XXIII.

37. ΟΝ τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις] Rectè notatum est ab aliis, qui proselytos facit, eum dici à Magistris *eos congregare sub alis divinitatis.* Addo, proselytum ab iisdem dici לירבק תחת כנפי השכינה *hærere sub alis divinæ majestatis:* quod meruisse dicitur Bathia filia Pharaonis, ut est apud R. Eliezerem. Adde & Maimonidem, apud quem Gentilis qui fœderis est particeps, & תחת כנף השכינה ולהטתיפק *qui congregatus est sub alis divinæ Majestatis,* accipiuntur ἐκ παραλλήλου. Sed his in formulis magis respiciuntur alæ Cherubinorū in Arca. Vide 4 Esdræ 1.10. Nec Scriptoribus Ethnicis fuit ignota hæc à gallina & pullitie ducta similitudo. Eam enim Homerus Achilli suo induit, & ex eo recitatur à Plutarcho Περὶ Φιλοσοφίας, qui τὰς ἀλεκτορίδας ait τοῖς νεοττίοις ἐνδῦναι χαλώσας τὰς πτέρυγας. Eandem ha-

bes apud Alphæum in Anthologia, & fusè dictam apud Oppianum.

Cap. XXIV.

28. Ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί] Chrysostomus *vultures*, non *aquilas* reddidit. Aquilas profectò certum est nunquam vesci cadaveribus, quorum voraciſsimi sunt vultures. David Philosophus, Ὅτι ὁ βασιλικὸς ἀετὸς οὐκ ἐσθίει τὸ μηδὲν αὐτὸν ὀσφραινόμενον ἐδώδιμον. Job 39. 33. (qui locus à Domino respici videtur) ubicunque חללים *occisi, ibi aquila*, melius *vultur*. Nam eadem vox Hebræis & Arabibus aquilam juxtà & vulturem significat. Cætera verò quæ Job eo loco memorat non minùs in vulturem quàm in aquilam conveniunt. Novi quidem γυπαετὸν (sic enim legendum apud Aristotelem lib. 9. de Hist. animalium cap. 32.) quasi dicas vulturem aquilinum, delectari cadaverum esu, sed hoc ex vulture, non ex aquila trahit. Martialis, *Cujus vulturis hoc erit cadaver?* Seneca Ep. 46. *Si vultur es, cadaver exspecta.* Plinius lib. 10. cap. 6. *Biduo aut triduo volant, ubi cadavera futura sunt.* Quos & Basilius Hexaëmero castra comitari scribit. Lucianus in limine Πλοίῳ· Θαῤῥῶ τοὺς γύπας ἕωλα νεκρὸς διαλάβοι. Artemidorus, Νεκροῖς δὲ χαίρουσι σώμασι γύπες. De aquila nihil horum lego. Quare igitur hîc Dominus nec οἱ γύπες nec οἱ γυπαετοὶ dixit, sed οἱ ἀετοί· omnino prudens ac de industria, ut κατ' ὑπόνοιαν significaret aquilas Romanorum, & exercitum qui post mortem

suam

ſuam obſeſſurus erat & vaſtaturus Hieroſolyma; reſpexítque ſimul Deut. 28. 49. & Dan. 9. 27. Hæc illa eſt *abominatio deſolationis*, quam στρατόπεδον Lucas interpretatur, planè dicere ſolitus quæ Matthæus ἐρημώσεως. Idem σῶμα dixit, non πτῶμα, quaſi de corpore Domini cogitans, quod antè crucifigendum erat, ídque Hieroſolymis, quàm Romanorum aquilæ advolarent. Opponi præterea videtur hoc oraculum Phariſæis Joan. 11. 48. dicentibus, *Si dimittamus illum, Romani venient, & urbem ac gentem exſcindent.* Contrà verò, inquit Dominus, quia me non dimittent illi ſed occîdent, Romani poſtmodum venient, virga furoris mei, mortémque meam ſúpremo Templi & Urbis & totius Gentis excidio ulciſcentur. Scio tamen hunc locum in ſenſus alios μυστικωτέρους diffundi poſſe ac debere. Cæterùm hæc, ut opinor, congregatio Aquilarum conjungi commodè poteſt cum iis quæ dicebat Dominus, ſine capitis præcedentis, de congregatione pullorum gallinariorum; *Hieruſalem, Hieruſalem, quoties volui congregare te ſicut gallina congregat pullos ſuos? & noluiſtis. Ecce domus hæc deſerta relinquetur:* hoc eſt, Templum vaſtabitur, Romani venient, Aquilæ congregabuntur, & urbem obſidebunt. *Quando autem?* interrogant diſcipuli, de tempore; poſtmodum, *Ubi autem?* ut eſt apud Lucam, de loco. Ad quæſtionem de tempore Dominus ità reſpondet, ut ſigna præceſſura commemoret. Ubi verò, inquiunt, hæc omnia contingent? Quorſum evadet hæc tempeſtas? Ubi tum erimus nos? ubi te requiremus? Nolite angi, reſpondet Dominus ad quæſtionem de loco; nec enim, ut nunc,

& olim ſic erit. Nunc fruſtrà congregare annito illos, ut gallina pullos : nolunt enim, & Evange lii mei vocem aſpernantur. Tunc autem congre gabo vos arcanâ vi ſpiritûs mei, cui reſiſti non po teſt : nam ex nolentibus volentes facit, quem admodum corpus mortuum Aquilas attrahit quod ubi ſemel odorantur, non poſſunt non ad volare, ἵυγγι quidam ἑλκυστικῇ. Non aliter vo motu ſpontaneo congregabimini circa me bland vi Spiritûs, & inſtinctu ac ῥοπῇ cœleſti. Quis A quilam docuit ubi ſit cadaver ? Quis eorum gre ges (alioqui vix congregantur) deducit ad præ lium ? Naturæ ingenium. Corpus eos mortuum hoc eſt præda & fames cunctos alliciunt, & ſimu congregant. Non minùs apud vos poterit odo mortis & amoris mei, vitæ ad vitam : coget enim vos, & conjunget mecum omnes, quantumvis di perſos in mundo, ſupernaturali quodam inſtinctu & πειθανάγκῃ ſuaviter invictâ & quaſi magnetic Non latebo in deſerto, non in conclavibus, ſe palàm, ut fulgur, apparebo. Videbitis ipſi me ſur rectis, non conniventibus ad fulgur, ac nè ad Sole quidem, oculis ; nec priùs videbitis quàm ſpont rapti advoletis in nubibus ocyùs aquilâ. Nam d fine mundi potiſſimùm loqui Dominum conſtat e Luca.

50. Οὐ προσδοκᾷ] Vulgat. *non ſperat :* ne malè. Contrà, Græcis ἐλπίζειν *exſpectare*, ídque Atticé. Suidas in voce Ἐλπίσας, Οὐ μόνον, inquit ἐπ' ἀγαθῶν, ἀλλ' ἁπλῶς ὁπὶ τῇ τὸ μέλλοντ& ἐκβάσ λέγε) παρὰ Ἀττικοῖς. Hippocrates, ἐλπὶς ἀκηνα quod alibi dixit, ἦρά γε ἐξανίσαν) *inſania metuen da*, vel *exſpectanda eſt*. Democritus Hippocrati

Κάρ

Κάρτα γὰρ ἔλπομαι μηδὲ τὴν ἰατρικὴν ἀνδάνειν, *Valde metuo.* Socrates apud Platonem, de condemnatione ſua, Οὐκ ἀνέλπιστόν μοι γέγονε τὸ γεγονός. Hinc ſperare *dolorem* apud Poëtam, & *quartanam*, *barbaricum incurſum* in codice Theodoſiano, *damnum* in Pandectis, *inediam* apud Ammianum. Nec aliter Thucydides deſcriptione peſtis. Eadem quoque ratio harum vocum in idiomate Tectoſagum. Incredibile dictu quàm multa ſint apud interpretem illum qui Vulgatus dicitur, in ſpeciem barbara & inepta, quæ poſtquam æquâ judicii lance libraveris, quæſitiùs quidem uſurpata, ſed erudita & bonæ frugis plena reperias.

CAP. XXV.

34. VIde quæ dicentur ad Epheſ. 6. 15.

NOTÆ

NOTÆ AD MARCUM.

MARC. IX.

49. Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται] Occupatio Quo tandem pacto non ſolventur cineres ab igne illo inexſtincto g hennæ corpora, nec à verme illo immortali ero tandem computreſcent; quorum alterum fieri demus, quoties rogo impoſita cremantur, alt rum, quoties terræ mandantur? Non anima p ſale ipſis erit, ſed ignis ille vi præditus conſervan materiam ſuam ad ſupplicii perpetuitatem. Πᾶς (αὐτῶν) *igni ſalietur*, hoc eſt, ſervabitur à co ruptione, quod eſt proprium ſalis. Omnino qu præceſſit mentio Vermium de Sale loquendi locu dedit; juxta illud quod ex Magiſtris obſervatu eſt, *Caro ſale deſtituta putreſcit, & fit cibus ve mium: ſic corpus abſque anima.* Hîc ſale ſaliri d bet omne ſacrificium, quod qui non fecerit, æternum igni ſalietur. Nam ſali non ſalienti, ſe infatuato, non aliud quàm ignis illius condime tum exſpectandum eſt. Ut Inferno tribuuntur ſ pulchri nomina, ità hæ duæ quibus deſcribit imagin

magines (quæ pariter in Hiſtoria Judithæ conjunguntur, & in Eccleſiaſtico, ubi *vermes & ignes* dicuntur *vindicta carnis impiorum*) petuntur ex duplici ratione funerandi mortuos, cremando, vel inhumando. Quamvis autem quæ cremabantur non inhumarentur, nec traderentur eſca vermibus; tamen hæc utraque conjungitur imago, quoniam alterutra depingendis æternis illis cruciatibus non ſufficiebat. Nec aliter ex adverſo ignis & ſal conjunguntur, quoniam ignis ille comburet corpora, non abſumet; arrodet vermis ille, non deſtruet. *Igne* autem *ſaliri* dicitur, ut *igne baptizari* ſeu *lavari*, & *ſanguine dealbari*. Noſter ignis purgat; ſal impedit corruptionem, non ignis: at ignis ille non purgabit, ſed corruptionem impediet, inſtar ſalis, pœnæ perpetuandæ.

Ibid. Καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσῃ] Hæc verba ter leguntur Levit. 2. quia ter ſal inſpergebatur; in cubiculo Salis, in ſcabello altaris, & in ipſo altari, ſi Magiſtris fides, qui polluta dicunt hæc Sacra, ſi fierent abſque ſale. Iidem Miſnam aceto, Thalmud aromatibus, Legem ſali comparant. Maimonides, Ductore dubitantium, ideo præſcriptum hoc fuit in Lege Dei, quòd Idololatræ ſale non uterentur in ſacrificiis, ex adverſo fermentum & mel vetitum, quoniam iis Idololatræ uterentur. Equidem poſterius certum habeo; prius vel de mero ſale intelligendum puto, nam de mola ſalſa notum eſt, omnibus eam ſacris adhibitam; vel de temporibus Abrahami, quibus nondum viguerit ille mos inter ignicolas, maximè cum ſal contrarius igni, atque indè dictus à nonnullis exiſtimetur. Sed magis placet à Maimonide per *idololatras*

Ægyptios

bes apud Alphæum in Anthologia, & fusè dictam apud Oppianum.

Cap. XXIV.

28. "Οπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί] Chrysostomus *vultures*, non *aquilas* reddidit. Aquilas profectò certum est nunquam vesci cadaveribus, quorum voraciſsimi sunt vultures. David Philosophus, "Οτι ὁ βασιλικὸς ἀετὸς σηλοῖ τὸ μηδὲν αὐτὸν θνησιμαῖον ἐσθίειν. Job. 39. 33. (qui locus à Domino respici videtur) ubicunque חללים *vulnerati occisi, ibi aquila*; meliùs *vultur*. Nam eadem vox Hebræis & Arabibus aquilam juxtà & vulturem significat. Cætera verò quæ Job eo loco memorat non minùs in vulturem quàm in aquilam conveniunt. Novi quidem γυπαετὸν (sic enim legendum apud Aristotelem lib. 9. de Hist. animalium cap. 32.) quasi dicas vulturem aquilinum, delectari cadaverum esu, sed hoc ex vulture, non ex aquila trahit. Martialis, *Cujus vulturis hoc erit cadaver?* Seneca Ep. 46. *Si vultur es, cadaver exspecta.* Plinius lib. 10. cap. 6. *Biduo aut triduo volant, ubi cadavera futura sunt.* Quos & Basilius Hexaëmero castra comitari scribit. Lucianus in limine Πλοίῳ· Θαῦμα τοὺς γύπας ἕως ἂν νεκρὸς διαλάθοι. Artemidorus, Νεκροῖς δὲ χαίρουσι σώμασι γύπες. De aquila nihil horum lego. Quare igitur hîc Dominus nec οἱ γύπες nec οἱ γυπαετοὶ dixit, sed οἱ ἀετοί· omnino prudens ac de industria, ut κατ' ὑπόνοιαν significaret aquilas Romanorum, & exercitum qui post mortem

suam

ſuam obſeſſurus erat & vaſtaturus Hieroſolyma; reſpexítque ſimul Deut. 28. 49. & Dan. 9. 27. Hæc illa eſt *abominatio deſolationis*, quam στρατόπεδον Lucas interpretatur, planè dicere ſolitus quæ Matthæus ἑστηκότα. Idem σῶμα dixit, non πτῶμα, quaſi de corpore Domini cogitans, quod antè crucifigendum erat, ídque Hieroſolymis, quàm Romanorum aquilæ advolarent. Opponi præterea videtur hoc oraculum Phariſæis Joan. 11. 48. dicentibus, *Si dimittamus illum, Romani venient, & urbem ac gentem exſcindent.* Contrà verò, inquit Dominus, quia me non dimittent illi ſed occîdent, Romani poſtmodum venient, virga furoris mei, mortémque meam ſupremo Templi & Urbis & totius Gentis excidio ulciſcentur. Scio tamen hunc locum in ſenſus alios μυστικωτέρους diffundi poſſe ac debere. Cæterùm hæc, ut opinor, congregatio Aquilarum conjungi commodè poteſt cum iis quæ dicebat Dominus, fine capitis præcedentis, de congregatione pullorum gallinariorum; *Hieruſalem, Hieruſalem, quoties volui congregare te ſicut gallina congregat pullos ſuos? & noluiſtis. Ecce domus hæc deſerta relinquetur:* hoc eſt, Templum vaſtabitur, Romani venient, Aquilæ congregabuntur, & urbem obſidebunt. *Quando autem?* interrogant diſcipuli, de tempore; poſtmodum, *Ubi autem?* ut eſt apud Lucam, de loco. Ad quæſtionem de tempore Dominus ità reſpondet, ut ſigna præceſſura commemoret. Ubi verò, inquiunt, hæc omnia contingent? Quorſum evadet hæc tempeſtas? Ubi tum erimus nos? ubi te requiremus? Nolite angi, reſpondet Dominus ad quæſtionem de loco; nec enim, ut nunc,

&

& olim ſic erit. Nunc fruſtrà congregare annitor illos, ut gallina pullos : nolunt enim, & Evange lii mei vocem aſpernantur. Tunc autem congre gabo vos arcanâ vi ſpiritûs mei, cui reſiſti non po teſt : nam ex nolentibus volentes facit, quem admodum corpus mortuum Aquilas attrahit, quod ubi ſemel odorantur, non poſſunt non ad volare, ἴυγγι quidam ἑλκυστικῇ. Non aliter vos motu ſpontaneo congregabimini circa me blandâ vi Spiritûs, & inſtinctu ac ῥοπῇ cœleſti. Quis Aquilam docuit ubi ſit cadaver ? Quis eorum greges (alioqui vix congregantur) deducit ad prælium ? Naturæ ingenium. Corpus eos mortuum, hoc eſt præda & fames cunctos alliciunt, & ſimul congregant. Non minùs apud vos poterit odor mortis & amoris mei, vitæ ad vitam : coget enim vos, & conjunget mecum omnes, quantumvis diſperſos in mundo, ſupernaturali quodam inſtinctu & πειθανάγκῃ ſuaviter invictâ & quaſi magnetica. Non latebo in deſerto, non in conclavibus, ſed palàm, ut fulgur, apparebo. Videbitis ipſi me ſurrectis, non conniventibus ad fulgur, ac nè ad Solem quidem, oculis ; nec priùs videbitis quàm ſponte rapti advoletis in nubibus ocyùs aquilâ. Nam de fine mundi potiſſimùm loqui Dominum conſtat ex Luca.

50. Οὐ προσδοκᾷ.] Vulgat. *non ſperat* : ne malè. Contrà, Græcis ἐλπίζειν *exſpectare*, ídque Atticé. Suidas in voce Ἐλπίσας, Οὐ μόνον, inquit, ἐπ' ἀγαθῶν, ἀλλ' ἁπλῶς ὁπὶ τῇ τὸ μέλλοντ☉ ἐκβάσ λέγε☽ παρὰ Ἀττικοῖς. Hippocrates, ἐλπὶς ὀκῆνα quod alibi dixit, ἦρά γε ἐξανίσαν☽ *inſania metuenda*, vel *exſpectanda eſt*. Democritus Hippocrati

Κάρ

Κάρτα γὰρ ἔλπομαι μηδὲ ἢ σὴν ἰατρικὴν ἀνδάνειν, *Valde metuo.* Socrates apud Platonem, de condemnatione ſua, Οὐκ ἀνέλπιστόν μοι γέγονε τὸ γεγονός. Hinc ſperare *dolorem* apud Poëtam, & *quartanam*, *barbaricum incurſum* in codice Theodoſiano, *damnum* in Pandectis, *inediam* apud Ammianum. Nec aliter Thucydides deſcriptione peſtis. Eadem quoque ratio harum vocum in idiomate Tectoſagum. Incredibile dictu quàm multa ſint apud interpretem illum qui Vulgatus dicitur, in ſpeciem barbara & inepta, quæ poſtquam æquâ judicii lance libraveris, quæſitiùs quidem uſurpata, ſed erudita & bonæ frugis plena reperias.

Cap. XXV.

34. Vide quæ dicentur ad Epheſ. 6. 15.

NOTÆ

NOTÆ AD MARCUM.

MARC. IX.

49. Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται.] Occupatio. Quo tandem pacto non ſolventur in cineres ab igne illo inexſtincto ge hennæ corpora, nec à verme illo immortali ero tandem computreſcent; quorum alterum fieri v demus, quoties rogo impoſita cremantur, alt rum, quoties terræ mandantur? Non anima pr ſale ipſis erit, ſed ignis ille vi præditus conſervan materiam ſuam ad ſupplicii perpetuitatem. Πᾶς (αὐτῶν) *igni ſalietur*, hoc eſt, ſervabitur à co ruptione, quod eſt proprium ſalis. Omnino qu præceſſit mentio Vermium de Sale loquendi locu dedit; juxta illud quod ex Magiſtris obſervatu eſt, *Caro ſale deſtituta putreſcit, & fit cibus ve mium: ſic corpus abſque anima.* Hîc ſale ſaliri de bet omne ſacrificium, quod qui non fecerit, æternum igni ſalietur. Nam ſali non ſalienti, ſe infatuato, non aliud quàm ignis illius condimen tum exſpectandum eſt. Ut Inferno tribuuntur ſe pulchri nomina, ità hæ duæ quibus deſcribitu imagin

imagines (quæ pariter in Hiſtoria Judithæ conjunguntur, & in Eccleſiaſtico, ubi *vermes & ignes* dicuntur *vindicta carnis impiorum*) petuntur ex duplici ratione funerandi mortuos, cremando, vel inhumando. Quamvis autem quæ cremabantur non inhumarentur, nec traderentur eſca vermibus; tamen hæc utraque conjungitur imago, quoniam alterutra depingendis æternis illis cruciatibus non ſufficiebat. Nec aliter ex adverſo ignis & ſal conjunguntur, quoniam ignis ille comburet corpora, non abſumet; arrodet vermis ille, non deſtruet. *Igne* autem *ſaliri* dicitur, ut *igne baptizari* ſeu *lavari*, & *ſanguine dealbari*. Noſter ignis purgat; ſal impedit corruptionem, non ignis: at ignis ille non purgabit, ſed corruptionem impediet, inſtar ſalis, pœnæ perpetuandæ.

Ibid. Καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσῃ.] Hæc verba ter leguntur Levit. 2. quia ter ſal inſpergebatur; in cubiculo Salis, in ſcabello altaris, & in ipſo altari, ſi Magiſtris fides, qui polluta dicunt hæc Sacra, ſi fierent abſque ſale. Iidem Miſnam aceto, Thalmud aromatibus, Legem ſali comparant. Maimonides, Ductore dubitantium, ideo præſcriptum hoc erit in Lege Dei, quòd Idololatræ ſale non uterentur in ſacrificiis, ex adverſo fermentum & mel vetitum, quoniam iis Idololatræ uterentur. Equidem poſterius certum habeo; prius vel de mero ſale intelligendum puto, nam de mola ſalſa notum eſt, omnibus eam ſacris adhibitam; vel de temporibus Abrahami, quibus nondum viguerit ille mos inter ignicolas, maximè cum ſal contrarius igni, atque indè dictus à nonnullis exiſtimetur. Sed magis placet à Maimonide per *idololatras* Ægyptios

Ægyptios intelligi, qui *Typhona* vocabant aquam marinam, quam nullis adhibebant ſacris, ut e apud Herodotum. Nec quicquam putabant Typhone inimicius Oſiridi quem colebant. Nec Sacerdotibus Ægyptiis licebat ſalem menſis inferre quia Typhonis eſſet ſpuma. Nec piſces guſtabant, & nautas oderant; & eos Plutarchus a propter mare averſari eos etiam qui uterentu mari. Non eſt autem dubium, & hoc de ſale in ſtitutum, & alia in Lege Moſis fuiſſe ſacris Ægyptiorum oppoſita. Poſtea tamen quàm Deus i Moſi præſcripſerat, Diabolus ſalutaris diſciplin adulter, ut verbis Tertulliani loquar, apud Gentiles & hoc & alia æmulanter affectavit, ut d ſimilitudine fidem infirmaret veritatis. Indè ἅλας Θεῖον dictum eſt Homero; Θεοφιλὲς Platoni Θεοφιλέστατον Plutarcho, & *maxima ſalis autorita è Sacris veterum* Plinio. Romani, teſte Arnobio, ſacras menſas fieri credebant ſalinorum appoſitu Hinc eſt quòd ſal cum pace conjungitur ultim capitis hujus commate. Ipſum etymon aperi quanta ſit utriuſque neceſſitudo. Verba ſunt Euſtathii, poſtquam Sal σύμβολον τὸ καλὸ φιλίαν ἐνώσεω dixit; ὡς γὰρ ἁλὶ ἐξ ὑδάτων πολλῶν ῥύτων καὶ χυτῶν παγεὶς ἕν τι στερεὸν γέγονε σῶμα· ἕτω καὶ οἱ συνελθόντες εἰς ξενίαν ἐκ διεσπώτων εἰς ἓν τό τε τόπῳ καὶ τῇ φιλίᾳ διαθέσει συνήχθησαν. Il. α'. Unde Lycophroni Sa πάγος dicitur ἀπὸ τῆς πήγνυσθαι, & indè Pax. Εἰρήνη præterea, eidem Euſtathio, παρὰ τὸ εἰς ἓν εἴρειν *quòd in unum nectat*, & compingat, dicitur.

NOTÆ

NOTÆ AD *LUCAM.*

LUC. I.

1. Ἐπεχείρησ] Hâc voce inter alios crebrò utitur Origenes Φιλοσοφουμένων libro, qui primus est Operis quod adversùs omnes Hæreses scripsit, & in Bibliotheca Florentina servatur. Nam & in ipso procœmio, postquam de Stoicis dixit, Ἐπικουρος δὲ καὶ τὴν ἐναντίαν δόξαν πᾶσαν ἐπεχείρησεν· & paulò pòst, Ἵνα παύσωμαι δὲ ἀλογίας γράμμας, καὶ ἀδεμίτε ἐπιχειρήσεως· tum, Ὅπως τε τὰ ἐπιχειρήματα αὐτοῖς γένηται, καὶ ὅτι μηδὲν ἐξ ἀλόγων χαρακτῆρων λαβόντες ταῦτα ἐπεχείρησαν, &c. ἀλλ' ἐκ δογμάτων φιλοσοφουμένων, καὶ μυστηρίων ἐπικεχειρημένων, καὶ ἀστρολόγων ῥεμβομένων. Et subindè, Ἔπειτα συμβαλεῖν ἐκάστην αἵρεσιν ἑκάστῳ, ὡς τούτοις τοῖς ἐπιχειρήμασιν ἐπλανημένος ὁ πρωτοπλάστης τὴν αἱρέσεως ἐπλεονέκτησε λαβόμενος τὰς ἀρχὰς, καὶ ἐκ τούτων ὅπου τὰ χείρονα ὁρμηθεὶς δόγμα συνεστήσατο· ἔστι μὲν ἓν πόνε μεσὸν τὸ ἐπιχειρούμενον, καὶ πολλῆς δεόμενον ἱστορίας. Et initio libri, Λέγω Θάλην τὸν Μιλήσιον πρῶτον ἐπικεχειρηκότα φιλοσοφίαν φυσικήν. Mirum sanè vocem hanc occurrere toties in tam paucis versibus. Quam cùm constet

conſtet eſſe medii generis, nec ſemper ſignificare τὸ παρεγχείρημα, non tam ea, quàm univerſus color τῆς περὶσφωνήσεως quâ Lucas utitur, maximè verò illud (ἀκριβῶς) innuit parùm cumulatè ſatisfeciſſe Theophilo, certè quotquot de Chriſti rebus antea ſcribere inſtituerint. Quos neceſſe non eſt aut Apoſtolos aut Pſeudo-apoſtolos fuiſſe, cùm pii quidam homines & pleni fidei, ſed haud plenâ rerum tantarum notitiâ imbuti, nè memoria earum aboleſceret, animum ad ſcribendum appellere potuerint. At quis hic Theophilus? Nemo veterum, nemo recentiorum docet. Liceat ſuſpicari fuiſſe illum, quem Areo judicio falſi damnatum Athenienſes concedere noluerunt precibus Piſonis, ſi tempora convenirent. Apud Tacitum Annal. 2. 55.

18. Ἀνατολὴ ἐξ ὕψους] Verti debet *oriens*, non *germen*. Apud Prophetam verò צמח *germen*, non *oriens*. Nec alia opinor de cauſa Lucas addidit ἐξ ὕψους, quàm nè germen daretur intelligi, quod ἀνατολὴ pariter ſignificat, ſed ex terra prodiens, & e Davidica domo ἀναπεταλικὸς, Hebr. 7. 14. ὑποπώλιον ἐκ βάθους potiùs quàm ἐξ ὕψους. Ebræum צמח optimè LXX & eruditè reddiderunt ἀνατολὴ, longéque meliùs quàm alii Græci, qui βλάστημα, vel qui ἀναφυή. Quæ vocabula ſunt humilia præ illo ἀνατολὴ vox auguſtior. Autor Euſtathius ad Iliad. ε'. Ἀμβροσίαν ὑ φύεσθαί φησι, ἅπερ γὰρ ταπεινὸν εἰπεῖν ἀλλ' ἀνατέλλειν ἐκ γῆς· σεμνοτέρα γὰρ καὶ θειοτέρα τοιαύτη λέξις. Religioſiores autem omnino videntur qui pertendunt ἀνατολὴν ortum Solis, aut regionem unde oritur, ſignificare, non orientem Solem. Ἀνατολὴ, hoc eſt ὁ ἀνατέλλων, ut Spiritus ſan-

ctus

ſtio, Chriſtus *pax*. Nec aliter Plinius dixit *Solem principale naturæ regimen*, pro *rectore*.

Cap. II.

14. Καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη] Abarbinel in Eſa. 11. inter decem privilegia Meſſiæ putat *abundantiam pacis* ipſius tempore. Quæ nunquam in mundo, aut ſub id tempus quo natus eſt Chriſtus contigit, cùm Janum Auguſtus tertiùm cluſit. Hoc verò etſi jucundam & contra Judæos utilem contemplationem habet, non eſt hîc præcipuè intelligendum, nec præcipuè fuit à Prophetis de Meſſia prædictũ, Eſa. 2. Mich. 4. Pax illa quã Auguſtus orbi peperit ſemper alicubi ſollicita, nec diuturna fuit: nam ſub Tiberio & inſecutis Imperatoribus plena tumultûs omnia fuere. Jam *ſene Auguſto patefactus Janus* (Taciti verba ſunt) *uſque ad Veſpaſiani duravit imperium*. Tranquillũ miror dicentẽ ab Auguſto *terrâ marique pace partâ ter cluſũ*. Præſtabat ſemel cluſiſſe: nam quod id toties fecit, pacem infidam & identidem interruptam feciſſe arguit. Qualiscunque verò fuit externa illa pax, οὐκ ἀδεὴς contigit, cùm ut daretur locus cenſui, cujus occaſione Chriſtus natus eſt in Bethleem, tum ut pervius fieret orbis Evangelio: ſed ab Angelis annuntiari debuit pax interna & æterna.

Ibid. Ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία] Nihil temerè ſollicitari debet in textu Sacro: tamen cùm antiqui & optimæ notæ codices complures etiam Græci legant εὐδοκίας, cùm nihil ſit proclivius quàm ut σῦγμα finale tranſeat in ϛ῀γμα, cùm denique nulla

ſit ratio, cur in ſecundo membro καὶ adhibeatur, tertium verò ſit ἀσύνδετον, in hymno perbrevi; labor ut credam & cordatè feciſſe qui lectionem hanc ſaltem ad oram poſuerunt, & poſſe hymnum eſſe bimembrem, in quo gloria Deo tribuatur in excelſis inter beatos Angelos, & pax annuntietur in terra inter homines electos. Quos dum Angeli vocant ἀνθρώπους εὐδοκίας, tacitè opponunt generi ſuo, in quo nullus reconciliatus eſt Deo: quæ Dei εὐδοκία eſt. *Vobis* eſt natus, inquiunt.

17. Ἐν τῇ φάτνῃ] Breviloquium, ſeu prægnans loquendi forma, in qua ſuppleri debet aut hoc aut ſimile aliquid, *Et peperit primogenitum ſuum, & involvit eum faſciis, & reclinavit eum in præſepi*, (ſtabuli in quo peperit) *quia non erat ipſis locus in diverſorio.* Quod minùs animadverſum locum dedit ſummorum Criticorum ſententiæ quâ ſtatuunt, in ſtabulo natum, non tamen in præſepi, Dominum, quoniam φάτνη Græcis, ut *præſepe* Latinis, *ſtabulum* ſimpliciter interdum deſignat. Eſto. Sed ubi tota conſentiens præit antiquitas, cur non magìs placeat vocis propria & uſitata ſignificatio? Deinde, ſiquidem cùm peperit, & cùm faſciis obligavit eum, jam erat in ſtabulo, quid ejici opus erat illud, *Et reclinavit eum in ſtabulo*, quaſi extra ſtabulum peperiſſet? Cùm verò dicitur eum repoſuiſſe in *præſepi*, hoc ipſo ſignificatur in ſtabulo fuiſſe cùm peperit eum, & cùm faſciis obligavit. Denique, non abs re mentionem φάτνης poſt mentionem faſciarum bis diſtulerunt Lucas & Angelus, nempe quia compoſito faſciis puero, nihil propius eſt quàm ut cunis imponatur

tur. Quarum cunarum ſupplementum & ſimilitudinem commodam exhibuit capetum illud, quod præſepe dicitur : Ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν ἐν τῇ φάτνῃ· tum, ἐσπαργανωμένον, κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ.

29. Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου] Atqui per mortem Deus ſervos ſuos ad ſe vocat, non dimittit. Supplendum igitur, *ex hoc ſeculo.* Nam Judæi vocant mortem פטרה מן העלם *Solutionem à ſeculo.* Quod Clemens Alexandrinus Strom. 4. dixit, τοῦδε τοῦ βίου ἀπολύεσθαι· Tertullianus eleganter, *Seculo eximi, & exire de ſeculo, atq; ad Dominum recipi.* Alterum eſt ἀπόλυσις Simeonis, *exire de ſeculo :* alterum ἀνάλυσις Pauli, atque *ad Dominum recipi.* Ἀπόλυσις *exitum,* ἀνάλυσις *reditum* deſignat. Ἀπόλυσις eſt ἔξοδος, Petri 2 Cath. 1. 15. ἀνάλυσις ἐπάνοδος à Philopono redditur. Utriuſq; vocis eadem ferè poteſtas, non idem terminus. Nam utraque ſæpe *abitum* ſimpliciter ſignificat : ἀπόλυσις Polybio non ſemel ; ἀνάλυσις Scriptoribus Eccleſiaſticis, quibus ἀναλύειν πρὸς τὸν Κύριον eſt *abire ad Dominum. Abitus* autem vel *abitio* in omnibus linguis mortem ſignificat κατ' ἐυφημισμόν· ſed ἀπόλυσις eſt abitus *ex hoc mundo,* Joan. 13. 1. ἀνάλυσις eſt abitus idem, quatenus fertur *ad Deum.* Utrumque conjunxit & Tertullianus jam laudatus, & Epictetus inſigni loco : Ὅταν ὁ Θεὸς ἀπολύσῃ ὑμᾶς τῆς ὑπηρεσίας ταύτης, τότε ἀναλύσεσθε πρὸς ἑαυτόν. Nam quod Strom. 4. apud Clementem Alexandrinum legitur, θανάτῳ ἀπολυόμενοι πρὸς τὸν Κύριον, præciſa locutio eſt, pro θανάτῳ ἀπολυόμενοι πρὸς τὸ ἀναλῦσαι πρὸς τὸν Κύριον. Hinc eſt quòd Ethnici quoties mortẽ ἀπόλυσιν vocant, plurimum

intelligunt *ſolutionem à corpore.* Plato Phæd. Δῆλός ἐστιν ὁ φιλόσοφος ἀπολύων ὅτι μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος κοινωνίας. Et paulò pòſt, Καθαρεύουσα ἀπὸ τοῦ σώματος, ἕως ἂν ὁ Θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. Ex eodē, oberrant circa ſepulchra ψυχαὶ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι. Marcus Imperator, ἀπολυθῆναι τοῦ σώματος. Themiſtius apud Stobæum, Ἀπολύεσθαι τὸν τεθνηκότα, καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσιν· τοῦτο γὰρ δέσμας ὀνομάζουσι· quaſi *vinculum.* Δέσμας λέγεσθαι, inquiunt Grammatici Græci, διὰ τὸ συνδεδέσθαι τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ· vel etiam *dimiſſionem à vita* ut à convivio; Lucret. *Cur non ut plenus vitæ conviva recedis?* Plutarchus ineditus de Muſica, ἀπόλυσε τοὺς ἑστιωμένους. Horat. —— *Ipſe Deus me ſolvet, opinor.* Hoc ſentit, *Moriar.* Idem, *Quis te ſolvere Theſſalis Magus venenis poterit?* quod optimè Græcè dixeris, Τίς ἀπολύειν σε δυνήσεται; Idem de equo emerito, *ſolve ſeneſcentem,* dixit. Dicitur & de milite; Gloſſarium, Ἀπόλυσις, *miſſio,* ἀπολυθεὶς στρατείας, *emeritus.* Et de reo: quod tamen ut ἰδιωτικὸν Pollux notat; ſed immeritò, ut equidem arbitror, cùm Lucianus ille totus Atticus de Auguſto dixerit, ἀπολύσας τῆς ἐγκλήματος· & de uxore, ἀπόλυσις γαμικῆς, repudium; & de liberis. Idem Gloſſarium, Ἀπόλυσις χειρὸς, *emancipatio.* Ac denique de ſervis; quod inprimis ad rem noſtram. Hinc ſupra laudato loco, ἀπολύειν τὴν ὑπηρεσίας, nempe ut Act. 13. 36. David ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ ἐκοιμήθη. Quod eleganter vocat Marcus Imperator ἀπολειτουργεῖν, *defungi:* Ἀποδυήσεις καὶ ἀπελειτούργησας, inquit. Vita *munus humanum aſſignatum à Deo,* Tullio. Gloſſarium, Ἀπολειτουργῶν, *Refunctus*; legendum, *Defunctus,* vel *Refunctus.* Eſt autem

idem

idem propemodum λειτουργεῖν, ὑπηρετεῖν, δουλεύειν. Hesychius, Λειτουργὸς, ὑπηρέτης· Λειτουργεῖν, δουλεύειν. Ut igitur quid voluerit Simeon, cùm dixit ἀπολύῃς, intelligas, etiam atque etiam ea quæ sequuntur expende, νῦν δῶλόν σε, δέσποτα. Rhythmus Gallica vellem feliciùs reddidisset; contrarium enim canere videtur. Cæterùm nihil frequentius apud Autores, quàm ut mortem optent ii quibus summa contigit quædam felicitas. *Nunc tempus est*, inquit ille, *cùm me patiar interfici, nè hoc gaudium contaminetur ægritudine.* Alia notârunt alii: sed miror excidisse illud Homeri de Ulysse, qui, modò posset

——καπνὸν ἰδέσθαι
Ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρει,
——*mortémque libenter adibit,*
Fumum de patriis possit modò cernere tectis,
Dux Laërtiades.

Cap. IV.

23. Ἰδοὺ, τεθεῖται σκωλόν] Solus hoc habet Lucas Medicus, ut solus Matthæus Publicanus illud, οἱ βιαῖοι ἁρπάζουσιν αὐτὸ, quod de Publicanis dictum docuimus. Solus discipulus dilectus, *Regnum meum non est de hoc mundo*, notante Augustino. Notus est Senarius ab aliis laudatus, qui non semel apud Plutarchum legitur, & quem sic Nazianzenus orationi solutæ aptavit: Ἄλλως ἰατρεύειν ἐπιχειροῦντες, αὐτοὶ βεβρόντες ἕλκεσι. Servius Sulpitius dixit, *Neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere*

medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſun
Hippocrates medico præſcribit, ut optimè habi
ſit corpore ac bene colorato: Ἀξιῶ δὲ τὸν ἀγα
πολλῶν, οἱ μὲν δὲ διακείμενοι τὸ σῶμα ὅπως, ὡς ἐπὶ τ
ἑτέρων ἐπιμεληθῆναι καλῶς. Euripides,

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Tullius, *Qui ſibi ipſi ſapiens prodeſſe nequit, n*
quaquam ſapit. Non eſt autem inſolens ut ſa
pientia & virtus cum medicina comparentur. C
cero, *Nimium operæ conſumitur à Stoicis, maxi*
mè à Chryſippo, dum morbis corporum compara
tur morborum animi ſimilitudo. Tuſc. 4.

Cap. V.

36. Ἐπίβλημα ἱμαλίῳ καινῷ] Stilbo, apud Dioge
nem Laërtium, algenti Crateti, Ὦ Κράτη
δοκεῖς μοι χρείαν ἔχειν ἱματίου καινοῦ, ὅπως μὴ νῦ
ἱματίῳ. Lucianus, Epiſt. Saturnal. Ὅλον χρυσὸν μὲ τ
ἔξω, καταῤῥαφὸν ὑπὸ τὰ ἔνδοθεν, ὥσπερ αἱ χλαιναὶ ἐνίοτε
ἐκ ῥακῶν πάνυ εὐτελῶν συγκεκομμέναι.

Cap. VI.

45. Ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ
Hoc vult; Qui loquitur, de iis libente
loquitur quæ vehementer amat. Alioqui omni
affectus non eſt loquax: nam dolores ingente
ſtupent. Interdum nihil effunditur ex eo quo
plenum eſt. Quâ ſimilitudine alio in argument
uſus erat Archytas Pythagoricus apud Porphyri
in

in MS. Medic. ubi & quosdam sonos ob nimiam intentionem non audiri docet. Verba, ὡς κεῖται, ità fideliter descripsimus : Πρῶτον μὲν ἓν ἐσκέψανσο ὅπ ὰ δωαςόν ὅςιν ἡμῶν φόφον, μὴ γθυπδείσας πληγᾶς πγων ποτ' ἄλλαλα. πλαγὰν δ' ἔφαν γίνεδζ ὄκκα τὰ φερόμψα ἀπαντάξαντα ἀλλάλοις συμπέτη. τὰ μὲν ἓν ἀνῖαν φορὰν φερόμψα ἀπαντάξοντα αὐτὰ αὐτοῖς συγχαλᾷν, τὰ δ' ὁμοίως φερόμψα, μὴ ἴσως δ' τάχ ϕ θεικαταλαμβανόμψα θεὶ τ ἐπιφερομψων, τυπτόμψα ποιεῖν φόφον. Πολλὸς δ' αὐτῶν ὐκ ἔςιν . . . . . τῇ φύσ ϕ οἷις τε γινώσκεδζ· τοὺ μὲ διὰ τὰν ἀραιότηταν τ πλαγῆς, τοὺ δ' κ διὰ τὸ μᾶκο τᾶς ἀφ' ἁμῶν ἀποςάσεως, πνὰς δ' κ διὰ τ ἀβολὰν τᾶ μεγέθο. ὰ γὰ θᾶσσον ἀμῶν εἰς τὼ ἀκοὰν ἁμῶν τὸς μεγάλως τ φόφων, ὥσπερ ὰδὲ τὰ ὕσπμα τῶν τευχέων ὄκκα πολύ πς ἐγχέη ὰδὲν ἐγχεῖται, &c. At si quid effunditur, non aliud effunditur quàm quod intus est. Quintilianus lib. 11. cap. 3. *Sonátque vox ut feritur* : hoc est, pro eo quem concipimus affectu.

Cap. XI.

44. Μνημεῖα ἄδηλα] Lucem debet hic locus iis quæ perreconditâ doctrinâ vir ad Maimonidis Præfationes ad Commentarios ad Misnajoth eruit ex monumentis Hebræorum. At vix tamen persuadet pro eodem accipi debere Matthæi ὠρεῖα & Lucæ ἄδηλα. Contraria enim sunt, non minùs quàm destructa & ædificata denuò, ἠφανισμψα *parietinæ*, ut habes in Glossis, & φαινόμψα *spectabilia*, ut habet Matthæus ; vel, si liberet μυθολογεῖν, ut Latona & Delia ; seu mavis, ut

ædificanda atque ignorabilia, & ædificata jam notissima. Nihil tamen contrarium Evangelistæ dicunt. Bipertitâ similitudine, quantum arbitror, usus erat Dominus, cujus parte alterâ contentus fuit Matthæus, alteram supplevit Lucas. Dixerat Dominus, Vos latere putatis, & dissimillimi patrum vobis videmini sub illo speciosо colore, dum instauratis sepulchra Prophetarum ab illis interemptorum. Nugæ. Vestro ipsi vos indicio proditis: nam in hoc ipso quod affectatis opere bis pellucetis, & ante inceptum opus, cùm adhuc sunt ἄδηλα sepulchra; & post peractum opus, cùm jam sunt ὠφελῆα. Primò quippe, in illa macerie incondita, quæ nullâ notâ nec עיון nec נפש insignita dubium relinquit, sepulchri cippus aut septum fuerit, an aliud ædificium, apparet imago vestra: sicuti enim viatores inambulant ejusmodi sepulchris nescii, à quibus tamen legali pollutione contacti discedunt; ità qui vobiscum propiùs versantur, quorum vultus ἠφανισμένοι tristes, & σκυθρωποὶ altè callidos mores & vulpinum celant ingenium, cujusmodi sitis, albi an atri, non facilè internoscunt, & consuetudine vestrâ priùs contaminati sunt quàm se contaminari sentiunt. Deinde, postquam ædificata sunt à vobis hæc sepulchra, inest rursus in iis quædam quasi pictura vestrî. Nam ut illa jam tota opere albario inducta, & fulgenti tectorio prælita מסוירות visuntur, sed nihil interea præter cineres & pulverem & ossa intus recondunt: ità vos fucum facitis, personato vultu præferentes candorem, & eximiæ sanctitatis instar, quo nihil speciosius; at sub illis oculiferiis & fronte ficta plena sunt omnia

mnia operibus mortuis, & rapinâ, & immundi-
ie. Digna omnino vobis eſt ars hæc ædificandi
epulchra, & undecunque convenit. Hæc Domi-
us; quæ partiti ſunt inter ſe Matthæus & Lu-
as: ille ad pollutionem *phyſicam*, ut ità loquar,
adaverum (non enim ſoli Judæi fugiunt mor-
uorum viſum, contactum & odorem) hic ad
ollutionem *legalem* reſpexit. Nam in ea parte
uam occupavit Matthæus, non erat metus à le-
ali; quippe nihil ἄδηλον· at in ea quam addidit
ucas ſola hæc locum habet; immundos enim
os fieri imprudentes notat, qui ſuper monumen-
is ignotis ingrediuntur. Vide quæ ad Mat. 23. 27.
48. Ὑμεῖς ὃ οἰκοδομεῖτε αὐτῶν τὰ μνημεῖα, &c.] alſè dictum. Quos patres veſtri funerârunt, iis os ſepulchri honorem non invidetis. Euge! anguis minimè degener! Quod unum ſupere-at, eos componitis mortuos quos ipſi interfece-unt. Hoc eſt verè patriſſare. Sic filios talium atrum decet. Gratum ſcilicet officium, ſed & ju-undum. Nempe ſicut qui Romulum necârant, dem eum non ægrè retulerunt in numerum Deo-um, quod ex Plutarcho rectè colligas; atque ut le dixit quondam de fratre Geta, *Sit Divus, odò non vivus*: ità hi perlibenter hunc ſupre-um honorem habebant Prophetis quos noluiſ-ent vivere, ut ex eo ſatis conſtat, quòd conti-uantes ac perficientes eorum doctrinam ferre on poterant. Hoc igitur pacto ipſi continuabant perficiebant incepta patrum, in eodem perſe-erantes inſtituto, quanquam videri volebant in ia omnia ire. Sed quo facto ſe ſperabant à pa-ibus longiſſimè ſeparandos, eodem facto ſeſe iis addebant

addebant imprudentes; dum eorum ſepulchra ornabant quos patres morte affecerant, quaſi operis absolventes; quod *implere menſuram* hîc dicitur & verbis Scripturæ dici quoque poſſet, ἀναπληροῦν τὰ ὑστερήματα τῆς πονηρίας αὐτῶν. Specie quidem honeſtâ colendi memoriam Prophetarum populo fortè imponebant: apud eos autem à quibus intelligebantur, hæc oſtentatio & pompa juſtiùs tribuebatur in argumentum conſensûs arcani cum patribus: nam qui tam libenter ornabant Prophetarum ſepulchra quos patres interemerant, eos vivos interea perſequebantur qui Prophetarum quàm ſimillimi erant, à ſe ipſi diſſidentes, quid dici poterant à patribus minimè diſſidere? Non alienum eſt Martialis illud,

E ſervo ſcis te genitum, blandéque fateris,
Dum Dominum appellas, Soſibiane, patrem.

Cap. XX.

37,38. Θεὸς γὰρ οὐκ ἔστι νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων] Notavit optimus Interpres ad Thargum Onkeli, opinionem fuiſſe Judæorum, Deum non ſe dicere Deum eſſe alicujus in hac vita: Ergò altera. Nec dixit Dominus in rubo, *Ego ſum Deus Abrahami*, ſed, *Ego ſum* (nam ità Matthæus quod non eſt in Hebræo, diſertè ſcripſit, non ſine cauſa.) Etiam tum ſic locutus eſt, cùm Abraham in vivis non erat. Non igitur illi mortui ſunt ut nunquam reſurgant. Quid ergò? Dormiunt. Sed ubi eorum vita? Latet apud Deum abſconta, & corporibus reddenda. Πάντες γὰρ ζῶσι Θεῷ inquit Lucas; *toti enim vivunt Deo.* Deus ig

ur est Deus viventium, contrà quàm vos Judæi
icitis; sed viventium Deo. Non est enim vita
uam hîc vivitis. Nec est mortuorum Deus, ut
os dicere soletis; non enim sunt mortui, quos
utatis, aut mortis filii. Quàm vitæ opponitur
nors, tam resurrectio morti. Quos vocatis mor-
nos, eos postquam resurrectio novo partu edide-
it, Filii Dei vocabuntur, & jam sunt. Deus enim
st eorum Deus, hoc est Pater, 1 Pet. 1. 3. etiam
tentium in alvo matris. Non est autem pater qui
orpus non generat. Resurrectio autem genera-
onis & παλιγγενεσίας instar habet, Matth. 19. 28.
doptionis enim quam regeneratio (quæ totius
st hominis novi) sancit, ultimus apex corporis
edemptio, Rom. 8. 23. Vide quæ ad Matth. 22.
2. Nec abludit Platonis illud in Phæd. Εἴπερ δεῖ τὸ
ναβιώσκεσθαι, ἐκ τοῦ τεθνεώτων ἂν εἴη γένεσις εἰς τοὺς
ῶντας αὖτη, τὸ ἀναβιώσκεσθαι.

NOTÆ

NOTÆ AD JOANNEM.

Cap. I.

1. Ἐν ἀρχῇ] Cicero diceret, *In ipso tempore Principatu.*

5. Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνῃ, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν] Argutè dictum à Diogene. *Illi me rident, sed ego non rideor.* Nec absimile Ciceronis illud, Paradoxo, Ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται. *Factam & immissam à te nefariam injuriam semper duxi: perveniſſe ad me nunquam putavi.* Vix aliter hîc: Lux tenebras illuminat; hoc enim est ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνειν· sed tenebræ non illuminantur; hoc enim est τὸ φῶς οὐ καταλαμβάνει. Nam quòd ità Nazianzenus enarrat, Ὑπὸ τῆς σκοτίας διώκειν μὲ, οὐ καταλαμβάνειν δέ, alienum puto. Habuit in animo Eccleſ.27.8. Sed hîc alia ſimilitudo est, & à flamma peti videtur, quæ materiæ admota contrariis qualitatibus imbuta, non concipitur. Videtur autem obverſatus fuiſſe Joanni ſæpe Chaldaïſſantis animo Chaldæus lepos, qui Græcè reddi non poteſt. Illis enim כָּבַל *Cabhal* est καταλαμβάνειν, כְּבֵל *Cebhel* verò est σκοτία.

Cap.

Cap. III.

3. Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν] Qui compellatur hîc à Chriſto Nicodemus, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων dicitur, vir natalibus & dignitate inter eos præcipuus. Nec malè *vir nobilis* à veteribus redditur, quanquam id Græca verba non primò ſignificant. Nihil verò magis impediebat quò minùs palàm Chriſtum profiteretur quàm ille ſplendor. Itaque noctu ad eum venerat, nè quid ſuæ familiæ ſuíſque neceſſitudinibus ægrè faceret, Principíſque Judæorum nobilitati derogaret. Hoc ulcus tangit dextrè Dominus, cùm reſpondet ei, *renaſcendum eſſe.* Sic illi juveni qui ſuis opibus erat addictior dixit, *Vende omnia quæ habes.* Sic mulieri Samaritanæ multa de putei altitudine, déque Jacobo putei datore jactanti, *Qui biberit ex aqua quam ego ei dabo non ſitiet.* Sic illi turbæ quæ propterea ſequebatur ipſum, quòd eam panibus piſcibúſque paverat, commodùm de pane cœleſti, déque manducatione carnis ſuæ multa præcepit. At Nicodemo nihil tale dixit, nec bibendum aut manducandum, ſed naſcendum eſſe denuò reſpondit: appoſitè omnino & electè, ſimul ut altioris eum nobilitatis admoneret, atque à nimia ſui generis & proſapiæ admiratione deduceret; ſimul ut inſinuaret ei ſuſcipiendum eſſe baptiſmum quo fieret Evangelii proſelytus. Atqui ſub Lege ipſa ſi quis proſelytus fieret, (ubi & baptiſmus aliquis locum habuit) renuntiabat omnibus affinitatibus, & univerſæ cognationi ſuæ, tanquam ex nova matre naſceretur, *quaſi recèns natus infans,* כקטן שנולד דמו,

דמו, ut Maimonides aliíque tradunt. Quod contra tum apud Magiſtros meritò miratur Dominus non ſcire Principem Senatûs Judaici, Magiſtrum illum Iſraëlis ſanè παχύτερον, ut Chryſoſtomus eum alibi vocat.

Cap. XI.

39. Ἐπαρπαῖος γάρ ἔστι] Hoc etiam apud Gentiles miraculum Dæmon affectavit ac æmulatus eſt. Nonnullos enim revixiſſe legimus cùm efferrentur, (inſtar filiæ viduæ Nain) tertio poſt obitum die; Ruffum quoque Macedonem τριταῖον, alios decimo quinto die, alios deniq; nono mense poſtquam ſepulti fuerant. Proclus docet Commentario (luce publicâ digniſſimo) in X. de Rep. Platonis, qui Commentarius quantivis pretii non pretio habetur ſuo, malè conſervatus in Bibliotheca nobilium Salviatorum Florentiæ. Poſtquam igitur dixit ſuo etiam tempore viſos eſſe nonnullos in monumentis, in quibus conditi fuerant poſt mortem, iiſdem inſidentes, aut etiam ſtantes, quod & antiquitus proditum de Ariſtea, Hermodoro & Epimenide, Καθάπερ γε καὶ ὁπὶ ἦν πάλαι γεγονότα ἰσορῆσαι καὶ Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος, καὶ Ἑρμόδωρος ὁ Κλαζομένιος, καὶ Ἐπιμενίδης ὁ Κρής, μὴ θανάτου ἐν τοῖς ζῶσι γενόμενοι· quinque ſubjicit exempla tanquam certiora, quorum primum ex hiſtoria Clearchi Ariſtotelis diſcipuli deſumpſit, ſequentia quatuor ex Naumachio Epirota. Primum eſt Cleonymi Athenienſis, qui poſtquam ſibi mortem conſcivit ob deſiderium amici & ſtudiorum ſocii cujuſdam, ter-

ertio post obitum die cùm efferretur, vivus matri edditus est. Κλεώνυμος ὁ Ἀλωεύς, φιλήκοος ἀνὴρ καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, ἐπαίξε πρὸς αὐτὸν τελευτήσαντος, ἐπιδημοῦς γνώμων καὶ ἀνυμήσας, ἐλιποψύχησέν τε, καὶ τεθνᾶναι δόξας, τρίτης ἡμέρας ἔσης, καὶ τὸν νόμον παρεύτεδη. ἐπιβάλλουσα δ' αὐλὸν ἡ μήτηρ, καὶ πανύσατον καταζομένη τῷ προσώπῳ δοιμάπον ἀφελκύσα, καὶ καταφιλοῦσα τὸν νεκρὸν, ἤρετο βραχείας ἀναπνοῆς αὐτῷ πνοὴν γνεμένης. Περιχαρὴς δ' αὐτοῖς γενομένοις ἐπιχεῖν τὸ ἀφλὸ τὸ ὃ Κλεώνυμον ἀναφέρουσα καὶ μικρὸν ἐγερθῆναι, καὶ εἰπεῖν ὅσα τε ἐπειδὴ χωεὶς λοῦ καὶ οἷα τῷ σώματος ἴδοι καὶ ἀκούσειεν. τὸ μὲν ἓν αὐτῷ ψυχὴν φάναι παρὰ τὸ δάνατον οὐ ἐκ δεσμῶν δόξαι πινῶν ἀφειμένην, τοῦ σώματος ἀπαδέντος μετέωρον ἀρθῆναι, καὶ ἀρθεῖσαν ὑπὲρ γῆς ἰδεῖν τόπους ἐν αὐτῇ παντοδαπὸς καὶ τοῖς χρήμασι καὶ τοῖς χρώμασι, καὶ ῥεύματα ποταμῶν ἀφεύσαπλα ἀνθρώποις· καὶ τέλος ἀφικέσθαι εἰς πνα χῶρον ἱερὸν τε θείας, ὃν περιέπειν δαιμόνιον δυνάμεις ἐν γυναικείων μορφαῖς ἀφθεγκτοις. Alterum exemplum petitur a Naumachio Historico, qui floruit, inquit, ὀπὶ τῶν ἡμετέρων πάππων, de Polycrito, inter Ætolos illustri ac principe viro, qui nono postquam obiit mense redivivus exstitit, quasi ex utero terræ novo partu editus. Hunc enim narrat, τὸν ὀπιφανέσταν Αἰτωλῶν καὶ Αἰτωλαρχίας τυχόντα, καὶ ἀποθανεῖν, καὶ ἐναβιῶναι μηνὶ μὴ μὴ τὸν δάνατον ἐννάτῳ, καὶ ἀφικέσθαι εἰς Ἐκκλησίαν κοινὴν τῶν Αἰτωλῶν, καὶ συμβελεύσαι τὰ δέοντα περὶ ὧν ἐβουλεύοντο· καὶ τότε δὴ μάρτυρας Ἱέρωνα Ἐφέσιον, καὶ ἄλλους ἰσοεικεῖς, Ἀντιόχῳ τε τῷ βασιλεῖ καὶ ἄλλοις ἑαυτῶν φίλοις ἅπασι τὰ συμβάντα γεγενημένα. Tertium est Eurynoi, qui decimo quinto post obitum die diu revixit & justius: Καὶ ὁ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Νικοπόλει, τῶν ὁ πρὸ πολλῶ γεγονότων,

Εὐρώνων

Εὑρωὴν τὸ ὄνομα ταυλὸν παθεῖν, καὶ ταφέντα πρὸ τ πόλεως ὑπὸ τ προσηκόντων, ἀναβιῶσαι μὴ πέντε καὶ δεκάτῳ ἡμέραν τ ταφῆς, καὶ λέγειν ὅτι πολλὰ μὲ ἴδοι καὶ ἀκούσειεν ὑπὸ γῆς θαυμασά· κελεῦσθαι ὃ πάντα ἄῤῥητα φυλάττειν, καὶ ὀλιγιῶναι χρόνον ἐκ ὀλίγου, καὶ ὀφθῆναι δικαιότερον μὴ τ ἀναβίωσιν ἢ πρότερον. Quartum Ruffi Pontificis Theſſalonicenſium, qui propè ipſo Naumachii ævo, tertio die reſtitutus in vitam eſt ad ſacra facienda, quibus peractis rediit ad inferos. Ait enim, Χθὲς, ὥς φησι, γεγονότα Ῥῆφον, τ ἐπὶ Φιλίππων ἢ ἐν Μακεδονία, τῆς δ ἐν Θεσσαλονίκῃ μείζονος ἀρχιερωσύνης ἀξιωθέντα· τοῦτον γὰ ἀποθανόντα χρηναῖον ἀναβιῶναι, καὶ ἀναβιῶντα εἰπεῖν ὅτι ὑπὸ τῶν χθονίων ἀπεπέμφθη Θεῶν, ἵνα τὰς Θεᾶς ἀπτελέσῃ τῷ δήμῳ ἃς ὑπισχόμενος ἐτύγχανε, καὶ μέχει τ ἐκείνων συμπληρώσεως ὀπιβιῶντα αὖθις ἀποθανεῖν. Poſtremum Philonæi Demoſtrati filiæ, quæ ſexto menſe revixit, ità ut illicitis amoribus potiretur, cùm nuper nupta deceſſiſſet; ac, ut ſcias hæc omnia æmulanti Dæmoni adſcribenda, vacuum ejus, ut Chriſti ſcilicet, ſepulchrum narratur inventum: Καὶ τ κολοφῶνα τότε ὑπάρχειν Φιλόναιον τ τοῦ Φιλίππου βασιλεύσαντος χρόνους· ἐφ ᾧ αὐτῷ συγατήρ Δημοσθένη καὶ Χαειτῶς ἢ Ἀμφιπολιτῶν νεόγαμον τελευτήσαι, ἐγεγάμητο ὃ κρατερῷ. ταύτην ὃ ἕκτῳ μὲν μὴ τ θάνατον ἀναβιῶναι, καὶ πρὸ νεανίσκῳ Μαχάτῃ, πατρὸς τ Δημοσθένους ἀφικομένῳ ἐκ Πέλλης τ παῤῥίδος, λάθρᾳ συνεῖναι διὰ τ πρὸς αὐτὸν ἔρωτα πολλὰς ἐφεξῆς νύκτας καὶ φωραθεῖσαι αὖθις ὑποθανεῖν, πρωτοπαθοῦς χρ βέλεσιν ἢ ὀπιχθονίων δαιμόνων αὐτῇ ταῦτα πεπρόχθαι, καὶ ῥᾳδίως πᾶσι νεκρὰν ἐν τῇ παῤῥώᾳ προκειμένῳ οἰκίᾳ, τ πρότερον δεξάμενον αὐτῆς τὸ σῶμα τόπον ἀνορύχθηναι κενὸν ὀφθῆναι τοῖς οἰκείοις ἐπ' αὐτῷ ἐλθοῦσι διὰ τῶν

τῆς ἀπιστίας τῆς γεγονότων. καὶ ταῦτα δηλῶν ἐπιστολὰς τὰς μὲν παρ' Ἱππάρχου, τὰς δὲ παρ' Ἀρριδαίου γραφείσας, περὶ τὰ πράγματα τῆς Ἀμφιπόλεως ἐγκεχειρισμένας πρὸς Φίλιππον. Quæ descripsisse, licèt prolixiora, cùm in una tantùm reperiantur Bibliotheca, in qua cùm blattis luctantur & tineis, eruditi, spero, ut cæteris æquiores ferè sunt, operæ pretium ducent. Hâc spe fretus pergo, & quæ ad explicationem quæstionis, ubi fuerit anima Lazari, & loci de Eutycho Act. 20. 10. nonnihil faciant, subjicio. Cùm igitur hæc Proclus à Dæmone Divinorum operum paracharacte profecta non agnosceret, naturalem causam philosophicâ investigat solertiâ: Τὸν μὲν περὶ τῆς ἀποθανεῖν δοξάντων, ἔπειτα ἀναβιώντων, ἰσχείαν ἄλλοί τε πολλοὶ τῆς παλαιῶν ἤθεσιν, καὶ Δημόκριτος ὁ φυσικὸς ἐν τοῖς περὶ τῶν ἄδου χάσμασι, καὶ τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνον Κονώτου, τοῦ Πλάτωνος ἑταίρου, Ἐπικύδειον, ὄντα πάντως . . . . καθηγεμόνος

. . . . . .

μὴ ἀγνοῆσαι, μηδὲ ἀγνοήσαντα ζητεῖν πως τὸ ἀποθανόντα πάλιν ἀναζιῶναι δυνατόν. οὐδὲ γὰρ ὁ θάνατος ἁπλῶς ἀποσβέσεις, ὡς ἔοικε, τὸ συμπάσης ζωῆς τοῦ σώματος, ἀλλ' ἴσως μὲν πληγῆς τινος, ἴσως δὲ τραύματος, παρεῖτο τῆς δὲ ψυχῆς οἱ περὶ τὸ μυελὸν ἔμβιον ἔτι δεσμοί. κατερρίζωμένη καὶ ἡ καρδία τὸ ἐμπύρευμα τῆς ζωῆς εἶχεν ἐγκείμενον τῇ βάσει. καὶ, τοῦτο μένοντος, οὐδὲν ἀνεκτήσατο τὸ ἀποβληθὲν ζωῆς ὑπηρεσίαν πρὸς τὴν ψύχωσιν χωρούσης. Vide dicenda inferiùs ad Act. 20. 10. Huic Procli judicio non absimile Galeni judicium est, Περὶ τῆς πεπονθότων τόπων, lib. 6. Sed aliter Patres judicare videntur, Origenes in primis, cùm ex ejusmodi τῶν παλιγγενεσίων exemplis apud Ethnicos Resurrectionis mysterium pro-

bant. Ac improvidè quidem, nisi nos vehementer fallimur, quod salvâ honorificentiâ dictum velim, quæ tantis nominibus debetur. Itaque fœtere jam Lazarum Evangelium diserte annotavit, quod de nullo aliorum dictum legi: non de Platonico illo Armenio, quo uno maximè nititur Origenes, quíque Zoroaster Clementi Alexandrino dicitur; non de fœmina illa, cujus exemplum ex Heraclide Laërtius refert; non de nova illa nupta, cui simile quid accidisse Philostratus narrat; non de tribus illis quorum Varro meminit; non de aliis qui celebrantur à Plinio. Fœtor igitur ille, manifestum corrupti corporis & animæ seductæ indicium, Lazari veram resurrectionem ab aliorum animæ deliquiis lato limite discernit.

Cap. XII.

37. Βραχίων Κυρίε] Τὸν βραχίονα, inquit Procopius, ἀπλαδὴ τὸν μονογενῆ. Nec aliter Athanasius & Hieronymus Dei brachium interpretantur Filium Dei. Hesychius in Catena Græca, Βραχίων δὲ Κυρίε ὁ Χριστὸς, ἐχ ὡς μέλος, ἀμερὲς γὰρ τὸ Θεῖον καὶ ἀσχημάτιστον· ἀλλ' ὡς ἰσχὺς καὶ δύναμις. Hinc error Sabellii, qui Deum ὑοπάτορα dicebat, & sicut brachium non constituit alteram personam, ità nec Filium. Aug. *Nam & homo hominem per quem solet aliquid agere brachium suum appellat*, &c. (Franci, *bras droit*) *Intelligant ergò quomodo Filius dictus sit brachiũ, per quod Pater operatus est omnia; ne hoc non intelligendo, & in sui erroris latebris per manendo,*

manendo, similes sint Judæis, de quibus dictum est, Et brachium Domini cui revelatum est? At quòd idem, ad *Quod vult Deum*, Hæresi 41. miratur id quod scribit Epiphanius in Anacephalæosi, hoc uno Sabellium à Noëto dissidere, quòd Sabellius Patrē passum esse non affirmaret, inter ἀπροσεξίας opinor, Augustini censendum est. Equidem Augustinum miror, qui disertè asserit, Tract. in Joan. 36, *Sabellianos esse quosdam hæreticos qui vocantur Patripassiani.* Noëtianos dixisset melius: quorum hæresin cùm amplexus est Sabellius, hoc de suo disertè addidit, Ex unitate personæ Divinæ non sequi Patrem passum esse. Dicebat enim Filium veluti radium emissum in plenitudine temporis, qui peractâ Redemptione, ut radius ad Solem, rediisset ad Patrem. Adde quòd Athanasius docet Orat. Περὶ τ σωτειχῆς ἐπδημίας, dogma Samosatemi à Sabellio fuisse admissum. Atqui Samosatenus minimè omnium Patripassianus fuit. Simile hoc est, ut cùm idem Augustinus alibi affirmat Audianos alio nomine dici Anthropomorphitas, quos ab Epiphanio ait excusari. Non excusat eos Epiphanius: sed nec iis aliquid quod non senserint affingit. Anthropomorphitarum error fuit objectus Audio, sed ab eō nunquam admissus: Patripassianorum error fuit objectus Sabellio, tanquā ex ejus sententia consequens, quia Deum ἰοπάτορα dicebat, sed ab eo rejectus. Quod neque temporibus nostris est insolens. Quantò satius erat, brachium Dei simpliciter intelligere *vim Dei*, Evangelium, δύναμιν τῦ Θεῦ, ut Paulus habet Rom. 1. hoc est, Virtutem Dei conspicuam in miraculis? Conjungitur enim cum illis, *auditui nostro*,

ſtro, brachium, tanquam objectum visûs. Judæi quærebant ſigna, Græci ſapientiam; illi volebant videre, hi volebant audire ac doceri. Sed vocatis utrisque affulſit & Dei ſapientia per auditum, & potentia per viſum. Nam ſermonem audimus, ſigna verò contemplamur. Paulus, Rom. 10. 16. hunc eundem Eſaiæ locum ità recitat, ut ad priora verba hemiſtichii reſpiciat, *Fides enim ex auditu.* At hîc Joannes in his vim facit, *Et brachium Domini cui revelatum eſt?* Nam Chriſti commemorabat modò miracula. Nempe miraculis comitatum Evangelium, cum ſapientia quam defert per auditum, potentiam per viſum exſerit in conſcientiis vocatorum, ut ad fidem per illud brachium, ſed revelatum, hoc eſt, per aures atque oculos, adducantur. At miſeri Judæi neque crediderunt, ut impleretur illa vox, *Quis credidit?* neque credere potuerunt, quoniam iterum dixit Eſaias, *Cæcavit oculos eorum.* Quæ duo cave confundas, quod viri ſummi, famigeratiſſimi Criticorum, fecere. Nollem factum. *Quid obſtat*, inquiunt, *quo minùs quod verſu* 37. οὐκ ἐπίστευσαν *dixit, ibi* οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν *dixerit?* Quid verò, inquam, obſtat, quo minùs aliud jam dicat? *non crediderunt*, primò; deinde, *nec potuerunt credere.* Aſcendit oratio gradatim. Tanta fuit in iis vecordia, & malignitas, & contumacia, ut niſi vi quadam cœleſti, &, ut ità dicam, vorticordiâ, funditus immutarentur, non modò non crederent, ſed neque fieri poſſet ut crederent, ob inolitum & inexpugnabile voluntatis vitium; penè Dæmonum inſtar, qui nec Deum amant, nec amare poſſunt, nec ideo excuſationem habent. Quamobrem

duos

duos Prophetæ locos Joannes adducit, quorum prior simplex prædictio est, *Quis credidit?* hoc est, nemo, certè pauciſſimi: Alter cauſam reddit, καὶ τὸ διότι, *Excæcavit eos Deus*, &c. hoc est, non dedit eis mentis oculos illuſtratos, ut Paulus loquitur. Nam ſicut Noë *vivificavit* animalia quæ ſervavit in Arca, cùm non occidit; ità Deus *excæcavit* eos, cùm lucem Spiritûs non affudit, & induravit, cùm non emolliit. Porrò ſuum ità ſermonem variavit ac diſtinxit Joannes, ut aliud atque aliud intelligi detur. Nam primò quidem dixit, *Non crediderunt in eum, ut impleretur vox Eſaiæ*; ſubindè verò, *Propterea non potuerunt credere, quia iterum dixit Eſaias*, &c. Quæ duo longè diverſa eſſe quis non videt, atque in altero alterius rationem reddi? Agnoſco equidem apud probatiſſimos Autores, & in communi quoque conſuetudine, *non poſſum* ſæpe ſignificare *nolo*: nec ubivis urgeri debere, quod eſſet ἀνθιμαθὲς καὶ ἀπαιδεύτου. Nam & Hippocrates dixit τοὺς κάμνοντας ἀδυνατέειν πείθεσθαι, cùm imperata medicorum detrectant, & grata magis quàm ſalutaria eligunt, χαρτερεῖν ἀδυνατέοντες. Sed quoties conjunguntur, ut ſi quis dicat, *Nec volo, nec poſſum velle*, hoc poſterius aliquid addere priori contendo. Sic ubi hæc duo conjunctè legis, *Non crediderunt, nec potuerunt credere*, neceſſe eſt duo νοήματα diſtinguas, & majorem emphaſin in poſteriori fatearis. Clara res erit exemplo. Paulus Rom. 8. 7. Carnem ait Legi Dei *non ſubjici, nec ſubjici poſſe*, οὐχ ὑποτάσσεται, οὐδὲ δύναται. Quæ duo ſi quis unum & idem ſignificare dixerit, aut ità reddendum, *Non ſubjicitur, nec enim vult*; vel Paulum ταυτολογῆσαι, certè

dilutè ac frigidè loquentem, faciet, maximè cùm sequatur, Qui sunt in carne placere Deo *non possunt*, quod absurdè reddas, *nolunt*. Καὶ ταῦτα μὲν ταῦτα.

Cap. XVI.

7. Ἄλλον παράκλητον] Tradit Abulfaraius, opinari doctiores Arabum in omnibus libris à Deo demissis Mahumedis fieri mentionem. In Lege, Deut. 30. 2. in Psalmis, Psal. 50. 2. in Evangelio autem hoc loco. Sed quid Mahumedi cum Paracleto? Sibi quidem hoc nomen ille planus arrogat: sed quo jure? Nempe *Sigillum* Prophetarum vocat, id est ultimum. Sigillum autem tribuitur Spiritui Sancto. Deinde, παράκλητος, opinor, accepit ἀντὶ τοῦ περίκλυτον. Est autem περίκλυτος Græcis quod מהמד dagessatum *Mohammed* Arabibus, *valde laudatus*, *inclytus* vanissimo errore. Cæterùm in hac voce Joannes, ut in voce λόγος, atque aliis, Chaldaïssat. Occurrit enim apud Paraphrasten Chaldæum, à Græcis mutuò sumpta, & apud Thalmudicos; ut cùm eleganter dicunt in Sanhedrin, פרקלטין של אדם תשובה ומעשים טבים *Paracletin*, hoc est, *Paracleti hominis sunt resipiscentia & bona opera*. Unde factum quod Syrus & Arabs hoc loco vocem Græcam retinuerunt; desinentiâ tantùm ad linguæ suæ ingenium aptatâ.

NOTÆ

NOTÆ AD *ACTA.*

Cap VII.

22. Ἦν ὢ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἔργοις] Elogium hîc Moſis, & Chriſti Luc. 24. 19. Oracula & miracula Moſis intelligit. Nec aliter Homerus cómendat heroës ſuos, quàm à ſermonis præſtantia & egregiis operibus. Notum eſt illud Phœnicis, qui ſe datum ait Achilli formatorem ad bellum, ut eum efficiat

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Rectè Maximus CCCC capitibus prologo, Οἱ λόγοις ἐνοχλοῦντες πολλοί ἐσμεν σήμερον, οἱ δ' ἔργοις παιδεύοντες καὶ παιδευόμενοι πάνυ ὀλίγοι. Urbicius MS. πατρικὰ ſua στρατηγικὰ ſic orditur: Ἡγήσατο τοῦ λόγου καὶ τοῦ ἔργου ἡ παναγία Θεοτόκος. *Scripta* per λόγον, & per *opera* militaria intelligit. Socrates apud Xenophontem, Καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ εὖ ποιῶν. Plato Sympoſio, de Socrate, Ὅτι ἂν λέγῃ ἢ πράττῃ. Idem, Protagorâ, Δυνατώτατος καὶ λέγειν καὶ πράττειν. Hippocrates Νόμῳ, Οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητρὸς νομίζεσθαι. Filius ejus Theſſalus, Πάντοθεν δὲ ἡμῖν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀξίη τιμὴ ἀπήνηται. Lycurgus

apud Photium, Ἐπολυπράγμων καὶ λέγων καὶ πράττων ἐπιφανῶς. Moſi, cùm Deo diceret, neſcire ſe quo pacto, ἰδιώτης ἀνὴρ καὶ μηδεμιᾶς ἰσχύος εὐπορῶν, perſuadere populo poſſet exitum contra Pharaonem, pollicetur Deus apud Joſephum, Καὶ ἐὰν δέῃ μὴ λόγων, πείθω παρέξειν· ἐὰν δ' ἔργων, ἰσχὺν χορηγήσειν. Idem Joſephus in Moſis elogio funebri, lib. 4. extremo, Καὶ στρατηγὸς μὲν ἐν ὀλίγοις, Προφήτης δ' οἷος οὐκ ἄλλος· ὥσθ' ὅ, τι ἂν φθέγξαιτο, δοκεῖν αὐτὸν λέγοντος ἀκροᾶσθαι τοῦ Θεοῦ. Idem de eodem, Εἰπεῖν τε καὶ πλήσσειν ὁμιλοῦσαι κεχαρισμένως. At Moſes erat infans, non eloquens, & *linguæ impeditioris*, Exo. 4. 10. & præputiatus, aut, ut Latinè loquar, *imputatus* labiis, Exod. 6. 11. Nempe naturâ ſuâ: non ita poſtquam dixit ipſi Deus, *Ego ero in ore tuo*; vitium enim naturale affuſa labiis ejus cœleſtis gratia compenſavit. Deinde, concionibus aptior quidem fuit Aaron: at Moſes oracula & leges dictabat, vi præditus quadam eloquii ad hæc idoneâ. Blæſi nonnulli (nam blæſus cùm eſſet, balbum ſe dixit, opinor, pro cætera ſua humilitate, Moſes) ſi tantùm intelligi commodè poſſint, jucundè ſatis audiuntur; cùm præſertim ineſt in iis, qualis in Moſe fuit, dos oris eximia, & majeſtas rerum ſenſuúmque gravitas accedit. Cui minùs hæc ſatisfacient, reddere poteſt ità verba Stephani, *Scriptis & factis pollens*. Joſephus πεπραγμένα & γεγραμμένα dixit, lib. 3. extremo. Vide quæ dicentur inferiùs de Paulo ad 2 Cor. 11. 6.

Cap

Cap. XV.

20. Ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς, τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων καὶ τῆς πορνείας, καὶ τοῦ πνικτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος] Nihil videtur nobis vero dissimilius quàm τὴν πορνείαν bis inter Adiaphora συναριθμεῖσθαι ab ipsis Apostolis in tam venerando cœtu, nec tantùm à Jacobo in sententia sua, sed ab omnibus in Epistola Synodica conceptissimis verbis, & absque ulla θεραπείᾳ. Nollem tam exercitam posuissent operam eruditissimi homines in corrogandis Poëtarum & Politicorum dictis, ut probarent ab Ethnicis ità existimatum esse: nam plura in contrarium adducere Sapientiorum dicta possumus etiam nos. Nec aliter accipienda illa sunt, quàm quæ hodie passim audiuntur in scena vel in jocosa consuetudine planè similia. Quanquam hoc ut verum esset, difficultatē adeò non tollit, ut augeret. Nam quis credat Apostolos in Concilium coactos adeò molli fuisse indulgentiâ, ut fœdum errorem foverent imprudentes, quasi cum Stoicis peccata facerent æqualia, ea promiscuè commemorando quæ lato limite separantur? Cur non duo decreta de rebus tam diversis conderent? Cur ea quæ ad τὴν πολιτείαν καὶ οἰκονομίαν, cum iis quæ pertinent ad τὴν εὐσεβείας τὸ πῖνον ἦθος, uno & eodem articulo complecterentur, nec saltem verbo admonerent? ut si dixissent, καὶ μάλιστα τὴν πορνείας, aut si primo eam posuissent loco. Vix est ut sibi persuadeat hîc agi de Adiaphoris, qui rectè pensârit hujus vim & potestatem vocis, ἀλισγημάτων· hæc sunt εἰδωλόθυτα in ipso præsertim Idolio accumbentibus

bentibus proposita, quæ βδέλυγμα Judæis fuerunt; sed & Christianis pariter esse debuerunt, nisi Paulo non credimus 1 Cor. 10. vocanti hæc ἀλισγήματα, *calicem Dæmonum*, & *mensas Dæmonum*, & *societatem cum Dæmonibus*, ac veluti fœdus. Hesychius, Ἀλισγήσῃ, συγχεισάθη, lege συνεισάθη· &, ad hunc opinor ex Actis locum respiciens, Ἀλισγημάτων, τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσιῶν: perquam eruditè ac Theologicé. *Participationem sacrificii* Tertullianus dixit. Ut ex Judæis Christiani vix ac nè vix quidem poterant dediscere Legem; ità Christiani ex Gentibus ægrè carebant festivis post sacrificia conviviis: & fugiebant quidem oblationem, at non ità convivium, quod erat participatio sacrificii ex oblatis. Dicebant enim, Esto; sint hæc idolo sacra: Idolum nihil est. Quid Paulus autem? Sub idolo Dæmon latet: sicut qui fornicatur conjungitur cum scorto, vos pariter, mensæ Dæmonum accumbentes, cum Dæmone miscemini, tanquam ipsius fœderati. Nam respexit omnino Paulus ad Historiam Zabiorum quæ legitur apud Magistros, & ad opinionem inolitam apud Ethnicos, Dæmonas pasci sanguine: de qua videndus Origenes contra Celsum. Quærebatur an Ethnici qui Christo nomen dabant circumcidi deberent, &, quod indè consequitur, Legem Mosis universam observare. Multa, ut fit, ultro citróque jactabantur, ac illud opinor vel potissimùm, Ethnicos Christianos, quia circumcisi non essent, promiscuè scortari, atq; in idoliis accumbentes, prout assueverant, victimarum carnibus & sanguine impunè vesci: quod non facerent si circumcisionis sanctiori vinculo essent obstricti.

ſtricti. Quid Concilium omnium quotquot fuerunt aut futura ſunt facilè ſanctiſſimum? Non eos quidem Legi Moſaicæ vel in totum, vel ex parte mancipat; ſed interea quod ſolum ἐπάναγκες, id eſt, ſummè neceſſarium, omnem iis idololatriæ participatum, & ſcortationem pariter interdicit; nè libertas in licentiam exeat. Ut, inquit, præcidatur anſa Judæis, qui vos circumcidi volunt, & hoc uno maximè nituntur, quòd ſemel fœderati non minùs quàm ipſi jam fugeretis omnem cum idolis communionem, & concubitus illicitos cum veſtris mulieribus quas ipſi tanquam alienigenas abhorrent, quæque vobis adeò pro alienigenis tunc eſſent, nolite tamen circumcidi, nec ſervate Moſis Legem: tantùm ab utraque illa idololatria temperate, tanquam circumciſi eſſetis; etiam cum præputio, etiam ſine Lege illa permanetote puri ab omni labe corporis & animi, quod perneceſſarium eſt ſub Evangelio Chriſti: nec ideo quia ſub Lege non eſtis vobis permittite Lege vetitam cum idolis aut mulieribus conſuetudinem, quod hactenus feciſtis. At, inquies, illa duo, τὸ πνικτὸν καὶ τὸ αἷμα, videntur obſtare. Nam quæ neceſſitas in ambobus erat? Crediderim hæc non primò ac θεσμικῶς vetita, ſed velut appendices τῶν εἰδωλοθύτων. Nempe in conviviis illis quæ celebrabantur ab Ethnicis (nempe poſt ſacrificia ex immolatitiis) diſcimus ex Tertulliani Apologetico, *botulos ſanguine diſtentos ad tentamenta Chriſtianorum admoveri* & intermiſceri ſolita; ut qui carnibus abſtinerent, ſaltem guſtarent ex illo ſanguine deducto: à quo, præſertim in botulos ingeniosè reducto,

reducto, (Galli dicunt *degusté*) minùs temperabant, qui carnibus tamen vesci noluissent. Sed & altera fraus fiebat, opinor, ab Ethnicis omnia facientibus nè desererent convivia sua Christiani: quorum si qui non minùs à sanguine sepulto in botulis quàm ab ipsis carnibus abhorrerent, inter cætera fercula proponebatur in eorum gratiam aliquid πνικλὸν, ut certi essent non fuisse immolatum, cujus sanguis effusus non esset. Nam & πνικλὸν edulii cocti genus est. [redacted] Sed hîc de suffocato accipi debet. Omitto vocem πνικλὸν & apud Irenæum & in pervetustis exemplaribus desiderari, & ab iis additam videri qui septem hîc præcepta Noë quærebant, ut constaret numerus. At omittere non debeo quod Jacobus in sententia sua dixerat, Τὸ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν εἰδωλοθύτων καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τῆς πορνείας, καὶ τοῦ πνικτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος, post idolothyta statim collocans τὴν πορνείαν· quod opinor fecerat, ut idololatriæ cum fornicatione (quas sorores Tertullianus vocat, Scriptura passim conjungit) necessitudinem tangeret: id alio positum esse ordine in Epistola Synodica sic, Ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ πνικτοῦ καὶ αἵματος, (nam hîc semel tantùm interpungendum reor) καὶ πορνείας· nè quatuor esse viderentur, quæ tantùm duo sunt capita: Unum enim caput faciunt Idolothyta cum suffocato & sanguine, pertinentibus eódem; alterum πορνεία. Si cui autem prior illa verborum collocatio magìs placebit, & in Epistola positum fuisse contendet eodem quo Jacobus dixerat ordine, non repugno, & magnopere difficultas levabitur, Παλιὸν τὴν ἐπάναγκες τύπον, ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ τῆς πορνείας,

cæ-

quæ duo neceſſitatem habent; καὶ πνικτοῦ καὶ αἵματος· ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε· hoc eſt, à quibus abſtinendo, quanquam res non ſit ejuſdem neceſſitatis, bene feceritis. Nam quæ legebantur in vetuſtiſſimis exemplaribus, φερόμενοι ἐν ἁγίῳ πνεύματι, non cum εὖ πράξετε conjungi debuerunt, ſed cum eo quod ſequitur, φερόμενοι ἐν ἁγίῳ πνεύματι, ἔρρωσθε· ut ità ſanctificaretur illud Ethnicorum, *Valete*. Dabit veniam conatui noſtro qui ſeriò cogitaverit quantis difficultatibus aliæ interpretationes laborent.

CAP. XVII.

18. Ἰησοῦν καὶ Ἀνάστασιν] Ἀνάστασις hîc eſt nomen proprium. Libenter & ſexum alterum Gentiles divinis honoribus proſecuti. Quod hæretici quoq; fœminas circumducentes, quibus attribuebant vim Divinam, æmulati ſunt. Unde nati & Hermaphroditi Dei, nec tantùm Eunuchi, ut Minutius Attidem vocat. Athenagoras, Legatione pro Chriſtianis, Ἀέρα δίφυῆ ἀρσενόθηλυν καὶ Δία λέγουσι. Heſychius, Ἀδαμὸς (nam ſic legendum) θεὸς ἑρμαφρόδιτος. Sed & Hermaphroditum quendam Deum introducere Marcion & Valentinus dicti Nazianzeno, Orat. 36. Nicomacho apud Photium ἡ μονὰς dicitur ἀρσενόθηλυς καὶ θεός. Ut Indi Solem, ità Phryges Lunam apud Clementem Protreptico. Sol fœmina Hebræis, & Luna Lunus aliis. Bardeſanes de Idolo Indorum, Τὸ μὲν δεξιὸν ἥλιός ἐστιν ἀνδρεῖον, τὸ δὲ εὐώνυμον, θηλυκόν. Manethon Ægyptius Apoteleſmaticôn libris, qui nuſquam

quam alibi quàm in Bibliotheca Medicea reperiuntur, Astra non filios, sed filias Jovis facit;

Αὐτὰρ ἐγὼ Μύσῃ καὶ αἰθερίοισιν ἄμ' ἄστροις
Εὐξάμενος, λιγὺν ὕμνον ἐμὴν κατὰ πάσσω ἀοιδήν·
Ἀστέρες εὐφεγγεῖς, Διὸς αἰγιόχοιο θύγατρες, &c.

In Corano etiam graviter ille planus nescio quos increpat, qui dicebant Angelos esse Dei filias, cùm ipsi tamen sibi nasci filios magìs optarent. Hinc Dæmon principibus hominũ, Ἔσεσθε ὡς Θεοί, *Adam & Eva*: Deus enim & Θεὸς cómunis generis. Basilius Seleuciæ, Τί ἔν φύγῃς, ὦ γύναι, φυτὸν δι' ἓ γένηται Θεός; Multis fœmineum numen magìs placuit. Qua de re vide Macrobium, & Arnobium. Dicebant tamen, *Si Deus, si Dea*, distincti numinum sexûs amatores. Ità Demosthenes Deos Deásque omnes in Orationis principio invocat. Idem Plato Timæo, Ἀνάγκη θεούς τε καὶ Θεὰς ἐπικαλουμένους εὐχεσθαι. Idem Cicero fecit, pro Rabirio. Idem & Hippocrates, Ὄρκῳ, statim initio. Varro procœmio de agricultura memorat præterea duodecim Deos Consentes, sex mares & sex fœminas; tum Jovem & Tellurem, Liberum & Cererem, Robigum & Floram, Bonum eventum & Lympham; quibus adde Neptunum & Thetidem, Plutonem & Proserpinam, &c. Alii Neptunum & Amphitriten, Oceanum & Thetidem. Saturnum & Rheam, Jovem & Junonem, Uranium & Tellurem conjunxit Sanchoniathon. Sacerdos Ægyptius, apud Platonem Timæo, Terram & Vulcanum. Pater & filiæ in numero Deorum sunt apud Tullium, 3. de natura Deorum, ubi de Erichteo. Ità Virbius & Diana, Attis & Cybele, Erichthonius & Minerva, Adonis & Venus conjunguntur à Servio in 7. Æneid.

Æneid. Herculis & Aſtartes filius dicitur Melchiſedec apud Epiphanium, qui Deôrum in numerum relati. Sidoniis Baal & Aſtaroth, Ægyptiis Oſiris & Iſis, Rex & Regina. Eorum ſapientibus & Pythagoræ, ut eſt apud Diogenem Laërtium, Sol & Luna, ut pleriſque populorum; aliis Liber & Libera, ut eſt apud Tacitum, frater & ſoror: Romanis Mars & Ilythia, Ignis & Veſta; Cilicibus Mopſus & Niobe; Arabibus Lucifer & Venus, idem ſidus, conjuncta fuere numina. Sic *Auguſto & Romæ* templa dicata: nec aliter paſſus Auguſtus. Sic & in Inſcriptionibus, ΑΣΚΛΗΠΙΩ, ΚΑΙ ΥΓΕΙΑ, *Æſculapio & Saluti.* Quadrigam fecit Hippocrates: Ὄμνυμι, inquit, Ἀπόλλωνα ἰητρὸν καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ Ὑγείαν καὶ Πανάκειαν, καὶ Θεοὺς πάντας καὶ πάσας. Denique Chriſtum & Mariam duos Deos fecere quidam apud Patricidem & Elmacinum. Vix igitur dubitem quin hoc loco per *Jeſum & Anaſtaſin* Deum & Deam intellexerint, aut certè ità præ ſe tulerint χλευάζοντες, quod habetur infrà, labiorum geſtu *ſubſannantes*: Ariſtophanes diceret διαμυλλαίνοντες. Unde dicitur ab iis Paulus καταγγελεὺς ξένων δαιμονίων, multitudinis numero pro duali. Nec magis mirum τὴν Ἀνάστασιν ab iſtis θεοπρεπῶς, quàm Veritatem à Polybio, ab Euripide τὴν Τυραννίδα Θεὸν πάντων μείζονα vocari: maximè cùm Athenis excitata eſſent Verecundiæ Famæque delubra, teſte Pauſaniâ. Fuit & Alexandriæ templum quod Anaſtaſis, vel Anaſtaſia, dicebatur, ut habes apud Nazianzenum in carmine de vita ſua. Chryſoſtomus, Καὶ γὰρ τὸν τῇ Ἀναστάσει Θεὸν τινα εἶναι ἐνόμιζον, ἅτε εἰωθότες καὶ θηλείας σέβειν.

34. Ἐν

34. Ἐν οἷς καὶ Διονύσιος Ἀρεοπαγίτης] Falsò huic Areopagitæ adscribi quæ sub ejus nomine leguntur multa perdocent. Ac primò, quòd nulla ejus mentio apud Eusebium, Hieronymum, Sophronium, Gennadium, Isidorum. Deinde, quòd in libr. de Hierarch. & in epistola ad Demophilum, altaria, choros, catechumenos & templa sui temporis magnifica describit ad instar Hierosolymitani, & Sancta Sanctorum Monachis & Laicis interdicta. Vide Act. 1.13. & 12.12. & 20.8. Monachos certè nullos tum fuisse Chrysostomus autor, ad Hebr. Homil. 26. Cur autem idem ille Chrysostomus, cur Augustinus, tum etiam cùm in hunc locum scribunt, nullam fecissent mentionem operum tanti Scriptoris? Adde quòd Epistolâ 7. ad Polycarpum, Heliopoli à se & Apollophane visam memorat Eclipsin Solis Domino patiente: quod cur nemo veterum docuit, aut ejus saltem fidem recitavit? Cur Origenes id à nullo Scriptore traditum præter Evangelistas non negavit? Cur Hieronymus, eos refellens qui Solis hunc defectum naturalem aiebant, qui nunquam nisi ortu Lunæ contingit, ut, *plenissimâ Lunâ*, Panfæ scilicet tempore id factum esse supernaturaliter doceret, Dionysii hoc disertè testantis autoritatem non adduxit? Cur denique scribit Hypatius Metropolita Ephesinus, ea in Epistola quæ legitur apud Baronium A. 552. respondens testimoniis ex Dionysio tanquam Areopagita prolatis, *Si pro certo scivisset Athanasius ea Dionysii fuisse, ante omnia in Nicæno Concilio de Consubstantiali Trinitate eadem testimonia protulisset adversùs Ariî blasphemias. Sed nullus ex antiquis recordatus est*

ra. Accedit quòd librum de Divinis nominibus ad Timotheum ſcribit Epiſcopum Epheſinum, quem & filium vocat; de quo vide Euſebium lib. 6. cap. 40. & lib. 7. cap. 26. Citat autem verba Ignatii eodem in libro: atqui mortuus erat Timotheus antequam Ignatius aliquid ſcriberet, mortuus & ipſe Dionyſius, martyrium paſſus ſub Domitiano, ut teſtatur Methodius in ejus martyrii libro; at Ignatius ſcripſit imperante Trajano, ut eſt apud Euſebium Chronico. Denique, narrat ibidem, ſe tunc Hieroſolymis fuiſſe cùm B. Virgo obdormiit, quòd incidit in annum Domini 48. quo anno converſus nondum fuit: nam converſio ejus conjicitur in annum 52. Alioqui perantiquus, & magni ſpiritûs, nec aſpernandus autor, ſi tantùm nomen ſuum apertè prodere maluiſſet, quàm piâ ſcilicet fraude alienum ementiri.

Cap. XIX.

28. Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις] Dionyſius Afer in Periegeſi, Παρ' ἁλίλω Ἔφεσον μεγάλης πόλιν Ἀσιάδος. Dictam volunt hoc nomine Dianam διὰ τὸ ἀρτεμὲς Plato & Strabo, quòd *integritati ſalutique* præſit. *Magnam* porrò dici conſtat ex vi & poteſtate quâ maximâ pollet, eadem quæ Luna; quæ ideo *lumen magnum*, alioqui non ità magnum, à Moſe, *Sol minor* ab aliis dicta. Quid ſi Ἄρτεμις eadem de cauſa dicatur? Ità heroës dicebantur & magni viri. Perſis Ἄρτης *magnus*. Heſychius, Ἀρταῖοι, οἱ ἥρωες παρὰ Πέρσαις. Idem, Ἄρτας, μέγας καὶ λαμπρός. Herodotus l. 6. Ξέρξης, ἀρήν-

ἱΘ· Ἀρταξέρξης, μέγας ἀρήϊος. Cùm igitur *Magna Diana* dicimus, perit allusionis lepos conspicuus in Græcis, Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις. Ideóque dicunt iterum, τὸ τῆ μεγάλης Θεᾶς ἈρτέμιδΘ ἱερὸν, atque iterum, τῆ μεγαλειότητι αὐλῆς. Putem fortè Ἄρτεμις contractum ex Ἀρτεμάρτης, id est, *magna virgo:* nam Diana Βεττομάρτης etiam dicebatur.

Cap. XX.

10. Ψυχὴ ἐν αὐτῷ] Pravum imitamentum hujus historiæ discipulus Aristotelis Clearchus memorabat, in libris de Somno, & ex ea persuasum Aristoteli animam esse χωειστὴν, postquam eam vidisset virgâ nescio quâ in corpus revocari; quod in media calamitate fortunato huic Eutycho Pauli manu contigit. Narrat Proclus, Dissertatione in 10. Πολιτείας Plat. jam laudatus; "Ὅτι ἢ μὲν ἐξιέναι τὴν ψυχὴν καὶ εἰσιέναι δυνατὸν εἰς τὸ σῶμα, δηλοῖ καὶ ὁ παρὰ τῷ Κλεάρχῳ τῷ ψυχικῶ ῥάβδῳ χρησάμενΘ ἐπὶ τὸ μειρακίῳ τῷ καθεύδοντΘ, καὶ πείσας τὸ δαιμόνιον Ἀειστότελη· καθάπερ ὁ ΚλέαρχΘ, ἐν τῷ Περὶ ὕπνε, φησὶ περὶ τὴν ψυχῆς, ὡς ἀναχωείζε) (leg. ἀναχωείζει) τῷ σώματΘ, καὶ ὡς ἔισισιν εἰς τὸ σῶμα, καὶ ὡς χρῆ) αὐτῷ ὃϛ καταγωγὶφ· τῇ γὰρ ῥάβδῳ πλήξας τὸν παῖδα, τὴν ψυχὴν ἐξελκύσειεν, καὶ ὃϛ ἄγων ὅτ' αὐτῆς πόρρω τῷ σώματΘ, ἀκίνητον ἐνέδειξε τὸ σῶμα, καὶ ἀβλαβῆ σωζόμενον ἀναισθητεῖν . . περὶς . . . . . γεαφόντων ὁμοίων ἀψύχωι. ἐκείνην δὲ μεταξὺ δὶ ἐλέσχθη πόρρω τῷ σώματος ἐσῶπ αὐτῆς ἀγομένην πάλιν τὴ ῥάβδῳ μετὰ τὴ ἔισοδον ἀπαγγέλλειν ἔφασα. τοιγαροῦν ἐκ τέτε πιστεύσω τὲς τε ἄλλης

ἡ τοιαύτης ἰσοτείας, διαπὰς καὶ τὸν Ἀριστοτέλη χωρισὴν τῆ σώματος καὶ ψυχῆ. Vide dicta superiùs ad Joan. 11. 39.

Cap. XXV.

23. Μετὰ πολλῆς φαντασίας] Hippocrates, Μηδὲ περιέργως, μηδὲ μετὰ φαντασίας· *citra operositatem ac ostentationem.* Artabanus in oratione ad Xerxem apud Herodotum; Ὑπερέχοντα ζῶα μεγαίνει ὁ Θεὸς, ὅσα ἐᾷ φαντάζεσθαι. Nempe ἀπὸ τῆς φαίνεσθαι, quod opponitur τῷ εἶναι apud Philosophum.

Cap. XXVI.

14. Πρὸς κέντρα λακτίζειν] Nota parœmia Græcis, Æschylo, Euripidi, sed & Pindaro Pyth. od. 2. Ποτὶ κέντρα λακτιζόμεν· quod ipsi est πρὸς Θεὸν ἐρίζειν, Ibid. Et Latinis; Terentio, *Adversùs stimulum calces*: Plauto, *Si stimulos pugnis cædas, manibus plus dolet.* Consimiliter Chrysost. in 2 Cor. 11. Οἱ λακτίζοντες πῆλυς, ἀλλὰ ἄξιοι.

Notæ in Epiſtolam AD ROMANOS.

Cap. I.

4. Ὁρισθεὶς υἱὸς Θεοῦ] Vox Juridica. Dictionarium Eccleſiaſticum, Ὁρίζει, ἵστησι, ὅρον δίδωσι, κείνει. Sumpſit ex Heſychio (niſi Heſychius ex ipſo) ſed omiſit quæ ſequuntur, διαπίζει, διαιρεῖ, ἀφορίζει, quia hi ſignificatus ad Scripturam Sacram non ità pertinent. Aliter fuerat ὁρισθεὶς per mortem ſuam ὑποκείμενον τῷ θανεῖν, pro nobis obligatus chirographo Legis, tanquam ὄφος, de quo videndus Harpocration: aliter poſt reſurrectionem factus liber, lacerato chirographo, velut ἄσηκτον χωρίον dijudicatâ lite; ità jam ὁρισθεὶς Dei Filius, ut non ampliùs ei ſtatûs controverſia moveri poſſit. Quod dicitur ὁμολογουμένως, &c. δικαιωθεὶς πνεύματι, 1 Tim. 3. 16. dicitur hîc ὁρισθεὶς κατὰ πνεῦμα· & optimè Chryſoſtomus, Κριθεὶς, ὁμολογηθεὶς ἀπὸ τῆς ἁπάντων γνώμης καὶ ψήφου. *Judicatus à Patre, confeſſus ab hominibus.* Lis hactenus pendebat, quæ reſurrectione tanquam decreto publico definita eſt. Decretum exſtat Pſal. 2. 7. ejúſque interpretatio

no Act. 13. 33. Et κατ' ἀναλογίαν etiam nos filii Dei tum demum δεικνύμεθα, cùm resurgemus. Adoptio enim est resurrectio, Rom. 8. 23. & filii resurrectionis filii Dei, Luc. 20. 36. Est igitur δεικθεὶς *justificatus*, aut *judicio sancitus* Dei filius. Galeno, De optima disciplina libro, ἀποδεικία est ἀποχή. Post resurrectionem Christi summum & palmarium fidei Christianæ argumentum adhuc ἀπίχειν, stupenda pertinacia.

5, 6, 7. Ὑπακοὴ πίστεως] Non est hoc loco alienum quod οἱ ἔξω dixerunt, ἀπειθεῖν pro ἀπιθεῖν: sic enim ex adverso eluceſcit obedientiæ ac fidei necessitudo. Harpocration, Ἀπειθεῖν ἀντὶ τοῦ ἀπιθεῖν· λέγουσι δὲ καὶ ἀπείθειαν ἀντὶ ἀπειθείας. Autores laudat Antiphontium, Isocratem, Demosthenem. Similitudo ducitur à servis fidelibus, qui statim ut audiunt, obediunt. Hinc משמעה Hebræis *obeditia*; & Ezech. 3. 6. *audirent te*, quod est in Hebræo, Chaldæus interpretatur *obedirent tibi*; & ἀκούειν Græcis ὑπακούειν, & *audire* Latinis *obedire* est. Quò respexit mos aures perforandi servis apud Hebræos: & apud Græcos ὑπακούειν propriè dicitur de servo qui pulsantem fores exaudit, eíque respondet. Vix aliter apud Latinos *dicto audiens*, id est obediens: nam *obaudiens* aliud est. Apostolus cum populo Christiano communes suos titulos habet. *Servum* se Christi dixerat; nunc ait, *ut sit obedientia fidei inter omnes Gentes in ejus nomine*, hoc est, *ut omnes sint servi Christi*. Se dixerat κλητὸν ἀπόστολον· eos dicit κλητοὺς Ἰησοῦ Χριστοῦ. Se vocârat ἡγιασμένον· eos etiam vocat κλητοὺς ἁγίους· est autem propriè ἅγιος, ἡγιασμένος τῷ Θεῷ. Plura in hanc rem diximus ad Esa. 53. 1.

14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις] Per Barbaros hîc Romanos intellige, *agreſte Latium*. At, inquies, ad Romanos ſcribit, eóſque recèns laudavit. Omnino, ſed ipſi ſe Romani barbaros interdum vocant καὶ συγχώρησιν. Manifeſtum erat Græcos Artium cultu præcellere, Romanos Marte. Heſychius, Ἕλληνες φρόνιμοι, ἤτοι σοφοί. Idem, Βάρβαροι, ἀπαίδευτοι. Sic Paulus pro Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ſtatim ſubjiciet σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις· loquitur enim ex uſu Græcorum, qui ſubacti Romanorum armis, tamen eos præ ſe barbaros cenſebant, ſibique ingenium & os rotundum ſoli vendicabant. Romani contrà Græcis hoc ipſum nomen probro vertebant, & Romæ *Græculus eſuriens*, vel etiam *Græcus*, dicebatur homo vanus, mendax, ſciolus. Plutarchus de Cicerone, Γραικὸς καὶ σχολαστικὸς, *Græculus & otioſus*, ut ipſe Cicero verteret; quem vide Orat. pro Flacco. Paulus utriſque ſe debere profitetur; nec ſuis tantùm Græcis, quorum, ut vanam, ſapientiam ludibrio Romanus habet, ſed illis etiam barbaris, quos appellitat Græcia. Non impedient, inquit, mutua inter utramque gentem odia & convitia, quin ego, Græcus Romanúſve ſuat, nullo diſcrimine annuntiem Evangelium.

16. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· δύναμις γὰρ Θεοῦ] Confer cum hoc loco 2 Tim. 1. 8, & 12, & 16. Audax facinus ad Crucem vocare terrarum Dominos. Nazianzenus de ſorore Gorgonia, Καλὸν ἀναισχυντίαν ἀναισχυντῆσαι. Contrà, *pudet malus*, ut loquitur Flaccus, urgebat Auguſtinum confeſſionibus; *Pudet non eſſe impudentem*. Non pravè pudens Paulus audet etiam Romam Evangelium

gelium perferre. Non quærit enim τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, ut myſteria Gentium. Nihil erubeſcendum, nulla pars in eo tegenda. Undique ſe luſtrandum & ubique præbet: non lucem hominum reformidat, nè Prætorium quidem. Roma pollens brachio carnis potentiam ſuam in ultimas oras extendit: Evangelium brachium Dei latiùs regnat, & vim ſuam exferit *in omnes credentes*, nè Romanis quidem exceptis; nam cùm Judæi Græcis hîc jam opponuntur, ſub Græcis cæteri omnes, Romani verò præcipuè, intelliguntur. Libenter audiebant Romani potentiam ſuam victis etiam gentibus ſalutarem, & mundi fluctuantis anchoram, quod Plutarchus ait adulans eos; re quidem verâ tyrannidem, ut ait Galgacus, *raptorum orbis*: dum pro *fide* aut pro *ſalute* ſemper arma capiunt ſcilicet. At Evangelium verè δύναμις τοῦ θεοῦ, potentia victrix omnium gentium, beabit omnes fideles æternâ ſalute. Græcorum *ſapientia* & ingenium, Romanorum erat *potentia* & imperium; Græcorum Artes, Romanorum vis bellica. Hinc eſt quod Græcia corrupta tulit Hæreticos, Roma Dominos; ut converſa Græcia dederat Doctores, Roma Martyres. Nec pudet igitur Paulum Evangelium prædicare Athenis aut Corinthi, *Sapientiam inter perfectos*, 1 Cor. 2. 6. nec Romæ adeò, *Potentiam* milli non credenti ſalutarem. Cicero de Oratore lib. 3. *Ut Virtutis à noſtris, ſic Doctrinæ ſunt à Græcis exempla repetenda.* Plutarchus in limine Coriolani, Ὅλως μέντοι ἐν τοῖς τότε χρόνοις ἡ Ῥώμη μάλιστα τὸ θεῖον τὰς πολεμικὰς ἐπεδείξατο πράξεις· & quæ ibidem ſequuntur oſten-

dunt, *Virtutem* apud ipsos olim Fortitudinem ac Potentiam significâsse. Ἀνδρείαν dixit Plutarchus; redde *virtutem* à *viro*, ut ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ἀνδρεία. Nec ullus literis aut sapientiæ studiis Romæ locus ante Scipionem, nec ullus nominatur Scientiarum cultor. Sapientiæ in primis studium neglectum. Cicero, *Philosophia jacuit ad hanc ætatem, nec ullum habuit lumen literarum Latinarum.* Sed & Philosophos Urbe pellebant Romani, potentiam quærentes, de sapientiæ doctrina minùs laborantes.

Græcia capta ferum victorem cepit, &c.

& quæ talia passim occurrunt. Vide quæ dicentur ad 1 Cor. 1. 23.

19. Τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ] Qui pernoscere volet vim hujus vocis, adeat Galenum ad Artes Protreptico. Docet esse Atticam, ridétque Phavorinum Atticismi perquam studiosum, qui pro ea τὸ καταληπτὸν Stoicorum usurpet: quod nihil est aliud quàm non modò τὸ γνωστὸν, sed τὸ βεβαίως γνωστόν. Itaque Pauli καταλαμφάνειν Phil. 3. est *perfectè nôsse*. Vide & fusè disputantem hac de voce Tullium Academicis quæstionibus. At hîc τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ significat, *quod idoneam Dei cognitionem afferre potest*. Non enim est necesse τὸ γνωστὸν reddere *cognoscibile*, seu *quod cognosci potest*; reddi potest, & Latinè quidem, *quod notificat*, seu id quo cognosci potest. Terent. *Paulò qui est homo tolerabilis*, id est, tolerantior, commodior. Sic Arion rogavit, ut sibi permitteretur canere carmen casûs illius sui *consolabile*, pro quo dicerent alii *consolatorium*. Passiva enim *activo* primùm, deinde *transitivo* etiam accipiuntur sensu. Utriusque

que non desunt exempla. Nam ut omittamus Hebræa in Hophal, ità Græci dicunt ἀνόητος, & contrà εὐσυνόητος, non tantùm de re quæ facilè perspici potest, sed etiam de eo qui facilem habet rei perspicientiam. Quod & apud alios legitur, & apud Porphyrium Bibliothecæ Mediceæ, ubi loquitur de Ptolemæo, libro in ejus Ἁρμονικὰ commentario; Τὴν δ' ἐν τούτοις κατόρθωσιν ὐ μόνον ἀπὸ τὸ εὐσυνόητον τῆς φύσεως τῆς οἰκείας παρέχε· κεδὸν δ' ἐν πᾶσιν οἷς συνέγραψε τοιοῦτος, &c. Sumitur & *ignotus* pro ignaro; Cicero, *Illi artifices corporis simulachra ignotis nota faciebant*: ut contrà *gnarum* pro noto passim apud Tacitum. Nec aliter ἄγνωστος apud Pindarum non semel pro eo qui non novit, sed & pro eo qui notum non facit: nam sic illa interpretor, Φωνὰν ἀκύειν ψευδέων ἄγνωσον, *Vocem audire quæ mendacia nulla nôrat*, aut potiùs, nota faciebat. Certè 1 Cor. 8. 3. ἔγνωσται pro ἐδιδάχθη accepit Augustinus in Joan. Serm. 98. & Gal. 4. 8. γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, Augustin. *Tunc eos cognoscere seipsum fecerat*: quem secuti sunt præstantes ævo nostro Theologi. Vide quæ dicuntur ad 2 Tim. 2. 19. Γνωσὸν igitur ἀντὶ τοῦ γνωστικὸν erit vi notificandi præditum. Clemens Strom. 3. Πιστὴ μέν γε ἡ γνῶσις, γνωστὴ δ' ἡ πίστις, Θείᾳ τινὶ ἀκολουθίᾳ καὶ ἀντακολουθίᾳ γίνεται. *Cognitio autem facit credere, Fides verò facit cognoscere, Divinâ quadam consequentiæ vicissitudine.* Nec aliter Chrysostomus ad Colossenses dixit, ξύλον γνωσὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ. Ubi sane γνωσὸν reddere non potes, *quod cognosci potest*: reddendum, *Arbor quæ notificat bonum & malum.*

CAP.

Cap. VI.

5. Ὅτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς] Consentaneum est, ut qui malè vixit, quod in Christo locum non habet, melius vivat postquam resurrexit; quemadmodum Christus post resurrectionem non amplius miserè vixit, sed novâ ratione. Memorabile est exemplum quod refert Proclus in X. de Rep. Platonis Commentario præclaro illo jam à nobis laudato. Ait Eurynoum quendam Nicopoli anè ipsam urbem sepultum a multis diebus revixisse meliorem, idque Patrum suorum memoriâ mandâsse literis Naumachium Epirotam, Historicum; & addit, Ἐπιζῆναι χρόνον ὀλίγον, καὶ ὀφθῆναι δικαιότερον μὴ ἢ ἀναζιῶσαν ἢ μοχθηρόν. Vide suprà Joan. 11. 39.

Cap. VIII.

28. Πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν] Odorati sunt & hoc Ethnici meliores, Plutarchus & Seneca: Ille Πρὸς ἀρετῆς καὶ καλόν, finc; Πάντα χὴ ζῆν ἡδέως μαθόντα, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὠφελεῖ ζε πολλὰς συμπαθοῦντα, καὶ πενίᾳ μὴ μεμιασμένα, καὶ δόξα πεμόμενον καὶ ἀδοξίᾳ μὴ φθονούμενον. Seneca, *Tu illum promittas malis? nitetur.* Idem æquè scitè atque cordatè, *Quare tot mala perdimus?* His adde Socratem, Apologiâ; Χρὴ ἓν τι τῶτο διανοεῖσθαι ἀληθὲς ὅτι ὃν ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν οὔτε ζῶντι οὔτε τελευτήσαντι· οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τῶτε πράγματα. Ovid.

—*aliquis*

——*aliquíſque malo fuit uſus in illo.*

Plinius *malum nullum eſſe ſine aliquo bono*, & venena etiam *in uſum humanæ ſalutis* converti docet, lib. 27. cap. 2. *Et ſubtexta malis bona ſunt.* Notabilis vox, συνεργεῖ. Mala non producunt vi ſuâ bonum, ſed à Deo ſalutari temperamento aliis permixta in bonum vertunt. *Bina venena juvant* interdum, ut in illo Auſonii. Cicuta cibus eſt ſalutaris apud Ligures Taurinos. Nec minùs probo ſenſu legunt exemplaria quædam, Πάντα συνεργεῖ ὁ Θεὸς εἰς τὸ ἀγαθόν· ità ut reſpondeat Paulinum hoc dictum illi gnomæ Magiſtrorum, כל דעביד רחמנא לטב, *Quicquid Deus miſericors facit, in bonum* vertit. Sed meliùs Paulus, συνεργεῖ. Dei opera non ſunt ſingula ſeorſum ſpectanda, ſed ἀθρόως aut συλλήβδην, ἐν συνόψει, ut geſta ſingularium gentium in hiſtoria Catholica, de qua Polybius; atque adeò compoſita, vel etiam oppoſita, ut in arte ſalutari pharmaca, ut Actus in Dramate, ut umbræ in pictura, ut in oratione antitheta: quod poſtremum Auguſtinus in primis urget. Hac de re plura vide ſis in Præfatione ad Strangium noſtra.

Cap. IX.

3. Εἶναι ἀνάθεμα ἀπὸ Χριστοῦ] Οὕτως συγγενὴς ἦν ἡ Μωσέως ψυχὴ τῷ Παύλου ψυχῇ, inquit hoc loco Photius (nec tantùm συγγενὴς κατὰ σάρκα, ut hîc Paulus ait.) Hoc votum certè Pauli παράδοξον, ut veteres appellant, perſimile eſt voto Moſis Exod. 32.32. Deut. 9.14. Moſes enim, fractis Legis tabulis,

lis, nè populus id ab odio profectũ putaret, quanto flagret in populum amore satis demonstrat, & quantopere doleat ejus vicem, cùm Deum rogat ut aut populo parcat, aut nomen suum è libro vitæ deleat: ità Paulus, effractor ille qui credebatur tabularum Legis, sed aliter quàm Moses, ἀποσάτης &, ut sic dicam, Legirupa, Judæísque suis ea propter maximè invisus, nè Judaica gens id quod dicturus erat odium interpretaretur sui, operosè amolitur odii suspicionem hâc amoris gravissimâ contestatione, quam Patres eleganter vocant *Hyperbolen amoris*; nec minùs eleganter Clemens ad Corinthios eam ait esse charitatis & perfectionis cujusdam non tantùm hyperbolicæ, sed ἀνυπερβλήτε· pro quo Chrysostomus dixit ἐκκέχυται ὑπερβολῶν, i.e. *exstare supra omnem hyperbolen.* Hoc discrepat, quòd Moses æmulatus morem videtur ἅμα συναποθνησκόντων, quibus decretum erat simul vivere, simul mori; quales dicuntur amantes Athenæo & Plutarcho, & servi quidam apud Livium; juxta illud,

Tecum vivere amem, tecum obeam libens:

at Paulus ἅμα ἀνταπόλλυσθαι, quales fuere Damon & Pythias, Terentius & Brutus, alteri pro alteris parati mortem oppetere, juxta illud ejusdem,

Paratus omne Cæsaris periculum
Subire, Mecœnas, tuo.

Utriusque in Sacris exempla sunt: prioris in Davide & Jonathane, qui verè ἰσόψυχοι· posterioris in Davide & Absalomo: *Quis dabit mihi*, inquit David, *ut pro te moriar?* Sed hi mortem solùm corporis; illi etiam æternam subire optârunt, *cum fratribus* Moses, *pro fratribus* Paulus. Hic enim

enim non modò συναποθνήσκειν τῷ λαῷ, instar Mosis; sed etiam, in morem τοῦ ἀνθρώπου, anathema esse voluit in vicem fratrum, & συναποθνήσκειν τῷ Χριστῷ quidem, at ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, ut Christus; nempe κατ' ἀναλογίαν, & in quantum fas est. Οὐ συναπολέσθαι μόνον, ἀλλ', ἑτέρων σωζομένων, αὐτὸς ἐκπεσεῖν τῆς δόξης τῆς ἀπερράντου, ut habet Chrysostomus. Scilicet hic acerrimus imitator Christi, nè quid desit imagini crucis in quam se totum transformat, hoc etiam lineamentum duxit quod est in exemplari *maledictio*, & *Quare me dereliquisti?* cùm optavit *anathema* esse *pro fratribus*, sive *separari à Christo*, ac derelinqui. Nec in corpore jam, sed in anima Domini stigmata circumtulit, certè circumferre voluit ac vovit. Factus est Christus κατάρα ὑπὲρ ἡμῶν, Gal. 3.13. Hanc etiam subrogationem (sed quâ parte imitabilis est) in se Paulus expressit, cùm fieri voluit ἀνάθεμα ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν: ut amplificet charitatem quâ fervet in fratres, & ostendat eos non aliter à se diligi quàm Christus dilexit nos. Quanquam igitur fieri non potest quod vovet, non tamen inane votum fuit. Amor enim, præsertim cœlestis, non habet modum, & *charitas exuberans fertur in impossibilia*; quia in iis quæ fieri possunt nihil satisfacit. Hyperbole, quod de Ironia dixit Fabius, *diversum ei quod dicitur intellectum petit*. Notandum porrò, quod Basilius in Asceticis admonuit, in Hyperbolica loquutione ab hypothesi ad thesin eundum, nec tam quod dicitur quàm quod intelligitur spectandum esse. Nam quia meliùs ultrà quàm citrà stat ratio, unum aliquid summum & singulare dicitur quod fieri neutiquam potest, sub quo

cætera

cætera quæ infrà sunt maximè ardua, sed quæ fieri possunt, universa intelligantur. Conceditur enim amplius dicere quàm est in re, quod idem ait Fabius, quia dici quantum est non potest. Hoc sibi concessere Moses & Paulus, cùm iis animus esset dicere, nihil se posse gravius ac intolerabilius experiri calamitate illâ publicâ populi sui, rem sibi facilè atrociſſimam diriſſimamque omnium adduxere, sed quæ fieri non poterat; non ut illam, sed per illam in universum quicquid in rerum natura dici vel animo informari potest maximè horribile ac truculentum, designarent. Non est igitur magis vexandum quod optavit Moses, aut quod optavit Paulus, quàm id quod Paulus dixit de Galatis, *Eruiſſetis oculos veſtros*; qui tamen, credo, nunquam de sibi exsculpendis Pauli gratiam oculis cogitârunt; ut significaret, Nihil esse ipsis adeò charum, cujus non jacturam ultrò feciſſent illius ergô: vel quod præscripsit Dominus Mat. 5.39. de *præbẽda cædenti altera maxilla*, quod nec ipse fecit, Joan. 18.22. nec Paulus, ejus imitator, Act. 23.3. ut significaret, Nihil esse tam durum ac inamabile quod non sit patiendum, tametsi crebrescat, nè tutelæ inculpatæ moderamen transeas: vel quod idem Dominus dixit, Eleemosynam non esse largiendam *ad tubæ sonitum*; Μὴ σαλπίσῃς, inquit, Matth. 6.3. quod quis fecit unquam? tantùm ut doceret, Nihil esse quavis ostentatione in eleemosyna eroganda odioſius. Vix aliter intelligi debet aut quod optavit Moses *deleri nomen ſuum è libro Dei*; aut quòd optavit Paulus *anathema fieri à Chriſto*: non quòd hoc vellent propriè, sed ut demonstrarent,

rent, Nihil se detrectare quo Deus placaretur; Nihil sibi magis in votis esse quàm populi salutem. Non enim singulare illud quod in eo genere summum ab iis profertur in exemplum, sed per illud quicquid homini potest contingere gravissimum datur intelligi. Verùm sicut ex prædictis exemplis optimè colligas, nihil esse oculis charius, nihil alapâ contumeliosius, nihil tubæ clangore ad ostentationem ambitiosius; ità ex illo Mosis votò rectè concludas licet, nihil ei fuisse inscriptione sui nominis in libro Dei pretiosius, ut tantò antè impleverit quod à Domino præscriptum est Luc. 10.10. & ex hoc Pauli voto, Christum ab eo unicè fuisse adamatum. Non enim optat fortunis exui, non oculis, non amicis, ac nè vitâ quidem orbari. Levia omnia præ illo, χωεὶς τοῦ χριστοῦ· nam ei summa votorum, *esse cum Christo*. Non desunt qui Paulum peccâsse dicunt in hoc voto concipiendo, & inter eos Ahmed Persa, libro cui titulum fecit *Politor speculi*. Mea longè aliter ratio est, qui nihil arbitror cœlesti dignius Apostolo aut Deo gratius ab eo scriptum. At cur non dixit Paulus, ut Moses, *Optarem deleri nomen meum è libro Dei?* Contrà rogare pariter possis, cur non dixerit Moses, ut Paulus, *Anathema sim*. Edam rationem utriusque. Scilicet ambo locuti sunt, ut fit, *ex occasione*, atque appositè ad ea quæ præcesserant. Dixerat Mosi Dominus, *Sine, dimitte me*, ut accensâ irâ consumam eos, ואמחה את-שם מתחת השמים, *& deleho nomen eorum de sub cœlis*: quæ verba ideo parùm animadversa fuere, quia non leguntur in Exodo, sed Deut. 9. 14. ubi eadem planè historia narratur.

Apprimè

Apprimè tamen animadverti debent: nam plusquam verisimile est ea Mosen hîc recogitare. Prout enim acria sunt & aculeata in primis, hæserant ejus animo: itaque reponit, *An vis eorum nomina delere sub cœlis? Nè feceris: aut nomen pariter meum dele non modò sub cœlis, sed è libro tuo quem in cœlis scripsisti.* Vide Phil. 4. 3. Heb. 12. 23. Luc. 10. 10. Ad Paulum quod attinet, novissimè dixerat, nihil esse in cœlo, vel in terra, vel in ipso Tartaro, quod sese ab amore Dei in Christo separare queat: si tamen fieri posset, inquit, nunc (paucis & quidem huc pertinentibus interjectis) εἰ ἐνεδέχετο, εἰ ἐνεχώρει, εἰ δίον τε ἦν, ut habent Patres; εἰ δυνατὸν, ut ipse Paulus alibi, quod hîc supplendum, optarem esse anathema חרם, i. e. separari à Christo. Videtur enim habuisse in animo χωρισθῆναι, quod rectè construitur cum illis, ἀπὸ χριστοῦ at ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ πνος videtur insolens (visum certè Photio, adeò ut putârit hâc particulâ principium designari, non terminum, & optare Paulum non tam separari à Christo capite, quàm durum ac dirum in modum plecti à Christo judice.) *Anathema* tamen posuit Paulus pro *separari* simpliciter, sivé ut aliquo charactere sermonem insigniret suum, pro eo ac solet, à cruce Christi desumpto, qui factus est anathema pro nobis à Deo; sive ut superjectionem augeret graviori vocabulo, & quidem Judaicâ usus de Judæis loquendo formulâ. Judæi porrò Paulo dicebant anathema tanquam apostatæ à Mose: proprium enim erat iis anathema contra משׁוּרין *apostatas*. Ac demum ipsi Judæi exscindendi & anathema futuri erant à Christo; & hoc ipsis jam

Paulus

Paulus denuntiaturus erat, ſeparandos eos eſſe à Chriſto, & anathemate ac maledictione Dei percutiendos, ut prædictum Zach. 4. 24. & Gentes in eorum vitem ſuffectum iri. Quod adeò non libenter fecit, ut ſe dicat paratum nullas vitare vices, ac nè vicarium quidem anathema pro iis (non alternis, ut fratrem Pollux redemiſſe fingitur) id quod Græci Patres eleganter ἀντεισάγειν dicunt. *Adeò mihi dolet*, inquit, *quòd fratribus meis denuntio fore ut exſcindantur à Chriſto, & alii pro illis Dei fiant benedictio, ut optem pro illis luere. Quod nequis putet ideo me jactare quia non poteſt fieri, cùm nulla me creatura vel in cœlo vel ſub cœlo ſeparare poſſit à Chriſto, ut jam docui; ſanctè juro atque conteſtor ità me animatum eſſe ut, ſi quidem fas eſſet, eorum ſalutem exitio meo redemptam velim, & quaſi permutatione factâ fieri pro ipſis anathema, nè fierent ipſi anathema loco Gentium, ut jam docebo.* Melius perciperetur hoc Paulinum votum ſi Paulina flagraret in nobis charitas. Chryſoſtomus; Ἐπειδὴ πόρρω τῆς ἀγάπης ἐσμὲν ταύτης, οὐδὲ νοῆσαι τὰ λεγόμενα δυνάμεθα. Quàm procul autem ab ea ſit ævum noſtrum, contemplemur in querela Nazianzeni de ſuo; Quando, inquit, in gratiam conſervi tui καὶ συγγενοῦς ſimile aliquid audebis ei quod Paulus, καὶ διανοηθῆναι καὶ εἰπεῖν ἐτόλμησεν ἑαυτῷ, εἰ οἷόν τε, ὁ Ἰσραὴλ ἀνάθεμα χθιζὸν γενέσθαι, διὰ τὸ συμπαθὲς, ὃς ἐξ εὐνοίας πολλάκις μόνης ὑπετέμνεις ὁ ἀδελφόν; Vide omnino Photium Epiſtolâ 216.

Notæ ad Priorem AD CORINTHIOS.

I Epist. COR. I.

22. Ἰουδαῖοι μὲν σημεῖα αἰτοῦσιν] Clemens Strom. I. Ἕλληνες μὲν γὰρ σημεῖα αἰτοῦσιν, ὡς φησιν ὁ ἀπόστολος, Ἕλληνες δὲ σοφίαν ζητοῦσι. Proverbium apud Græcos erat, Athenæo teste, Θαύματα μωρῶν. Itaque Græci non quærunt signa, sed sapientiam. Pervagatum erat apud Judæos, *Maledictus qui aluerit suem, & qui didicerit sapientiam Græcorum*: & Hasmonæorum temporibus decretum legitur, *Maledictus qui docuerit filium suum philosophiam Græcam.* Itaque Judæi non petunt sapientiam, sed signa. Ea pro se quisque optat quibus assueverat.

23. Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν] Cur non æquè Judæis *stultitiam*, & Græcis *scandalum*? Signatè dicitur Judæis fuisse *scandalum* præ infirmitate, quoniam pro signis quæ petebant invenerant Crucem, quâ nihil remotius à magnificentia signorum; itaque vocârunt eam תלוי: Græcis autem *stultitiam*, quòd & morti se daret

pateretur

pateretur Dei Filius, & talis crederetur Χριστὸς ἐσταυρωμένος, quem propterea Σοφίαν ἀνεσκολοπισμένον, & Γαλιλαῖον πλάνον dixêre. Non ità displicuisset Judæis, si magnifico robore succinctus fuisset, quamvis nullâ præditus dicendi vi, nullâ disputandi solertiâ: nam hi philosophias Græcanicas & universum illud genus ἐπιδεικτικὸν in totum aspernabantur. Nec ità displicuisset Græcis, si quidem Attico pollens eloquio & argutâ subtilitate mirabilis omnium in se oculos atque ora convertisset, quamvis nullâ seculi potentiâ fuisset instructus: nam suos Græci sapientes & sub pallio & in dolio admirati jam erant. At Judæis commune cum Romanis hoc fuit, quòd armorum potentiam & imperii gloriam unicè adamarent. Quod enim Romani tenebant Imperium, Judæi spe devorabant sub Messia suo, quem sub illud tempus de Cæsaribus ipsis triumphaturum exspectabant. Nec minùs apud hos obstabat Evangelio Imperii vana persuasio, quàm apud illos vera possessio. Utrisque Scandalum fuit Crux; Stultitia verò Græcis, qui positis armis omnes suas ætates in literarum studiis conterebant. Vocatis autem Judæis (ut Romanis) pro scandalo & infirmitate potentia Dei fuit, sed & sapientia, dona sua cumulante Deo; Græcis pro stultitia non modò sapientia, sed etiam potentia: ut fuerit verè Christus in omnibus omnia, Eph. 1. 23. Vide quæ diximus ad Rom. 1. 16.

Cap. II.

6. Σοφίαν ἣ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις] Perpetuus fuit usus Ecclesiæ, ut nec intempestivè obtruderet sublimiora dogmata, nec pectoribus crudis committeret, quod ῥίπτειν ἀφειδῶς veteres vocant, & οἰκονομικῶς fieri negant. Basilius hunc usum ab ipsis Apostolis repetit; Κατὰ τ' αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οἱ ἀπὸ τὰς ἐκκλησίας ἐξ ἀρχῆς διαθεσμοθετήσαντες ἀπόστολοι καὶ πατέρες, ἐν τῷ κεκρυμμένῳ καὶ ἀφθέγκτῳ τὸ σεμνὸν τοῖς μυστηίοις ἐφύλαττον· ἵνα γὰρ ὅλως μυστήριον τὸ εἰς τ' ἀνθρώπων καὶ εἰκαίαν ἀκοὴν ἐκφερόμενον, Orat. 28. de Spiritu S. Nazianzenus, ut apud Hebræos παῖς ἀσπείκτοις ἔτι καὶ ἀπαλωτέροις ψυχαῖς interdicebantur quidam Scripturæ libri, optat apud Christianos pariter disputationes non permitti gloriæ cupidis vel parùm ingeniosis, Orat. 26. Et neque doceri probat ἀθέσμως omnia, neque verò perpetuò celari; Τὸ μὲν γὰρ ἄτεχνον, τὸ δ' ἄθεσμον, Orat. 37.

Cap. III.

15. Ὡς διὰ πυρός] Paræmia est, quod ii etiam quibus non est odora vis olfacere potuerunt; sed juridica. Hic enim Apostolus, præ cæteris, non raro utitur formulis è medio Jure petitis, quarum alio in opere catalogum teximus. Cujusmodi hoc loco est illud, ζημιωθήσεται, *mulctabitur*, atque adeò σωθήσεται ὅτω δ' ὡς διὰ πυρός, *agrè absolvetur*, ex judicio tanquam ex *incendio effugiet.*

effugiet. Reſpondet hîc σώζεσθαι τῷ Hebræorum נָצַל, *evadere* condemnationem. Sed cum hoc additamento, ὡς διὰ πυρός, *vix evadere*, quod rectè Latinè dicas, *amburi.* Nam qui penitus ac ſimpliciter condemnabatur, quaſi dè cœlo tactus, dicebatur *uſtus* fulmine; qui nec abſolvebatur, nec damnabatur in totum, *ambuſtus.* Artemidorus, Καὶ γὰρ τοὺς καταδικασθέντας ἐν τῇ συνηθείᾳ κεραυνοῦσθαί φαμεν. Sic Ariſtides dixit, Ἀνθρακώδη ἐν μέσῳ πυρός. Sunt enim judiciorum quædam veluti *flamma*, ut loquitur Ammianus, lib. 25. Petronius, *Poſt litem judicii commiſſam fulminatus hâc pronuntiatione.* Cicero pro Milone, *Declarant hujus ambuſti Tribuni plebis illæ intermortuæ conciones.* Idémque Philipp. 2. *Tu, tu illas faces accendiſti, & eas quibus ſemi-uſtulatus ille eſt.* Καπνιζόμενος. Nec longè hinc abit illud Athanaſii de Juliano, Οὐ γὰρ ἀνθρακιὰς ἡμᾶς ἔτι διαβλίσσειν, εἰ μὴ φλόγα διαφεύξαμεν· quod eſt, *incedere per ignes ſuppoſitos cineri*, Horatio. Plinius lib. 3. ep. 11. *Tot circa me jactis fulminibus quaſi ambuſtus, mihi quoque impendere idem exitium certis quibuſdam notis augurarer.* Valerius Maximus de Judiciis publicis inſignibus librum diviſit in tria capita, quorum primum inſcribitur ABSOLUTI, ſecundum DAMNATI, tertium AMBUSTÆ, quòd de duabus agit mulieribus, quæ in diſcrimen capitis adductæ, nec abſolutæ, nec damnatæ ſunt: evaſerunt tamen, ſed vix ac nè vix quidem, non plenâ & integrâ laude. In explicatione hujus auri & ignis veterum nemo meliùs Chryſoſtomo defungitur ad hunc locum.

Cap. IV.

3,4,5. Ὃ δὲ ἀναπείνων με Κύριός ἐστι] Illustrat egregiè totam hanc Pauli ῥῆσιν locus ex libro Ascetic῀ων Nili Monachi Constantinopolitani Biblioth. Medic. nondum editus, quem hîc edendum putavi, vel ad piorum qui maledicuntur solatium, Ἵνα ἡ τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας εἰκὼν τὸ οἰκεῖον ἀπολάμψασα κάλλος μήτε ψόγῳ περὰ τῶν θεασαμένων, μηδὲ χλεύης καταθέσεσι διὰ τὴν γεγονέναι ἀπειρίαν χένῃ, ἐπαινεῖ καὶν μὴ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ γοῦν παρὰ τῆς ἄνω δυνάμεων, ἢ παρ' αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, παρ' οὗ καὶ οἱ ἄγγελοι ἐζήτουν τὸν ἔπαινον. ὡς ὁ μέγας Δαβὶδ, ὁ πατάξας τὸν ἀνθρωπίνην δόξαν, καὶ παρὰ Θεοῦ τὸν εὐφημίαν αἰτῶν, φησὶ, Παρὰ σοὶ ὁ ἔπαινός μου καὶ πάλιν, Ἐν τῷ Κυρίῳ ἐπαινεθήσεται ἡ ψυχή μου. ἄνθρωποι μὲν πολλάκις καὶ βασκανίᾳ διαβάλλουσι τὰ καλά· τὸ δὲ ὄντως θέατρον ἀδεκάστως κρίνει τὰ πράγματα, καὶ τῇ ἀληθείᾳ τὸν ψῆφον βεβαβίει. τοῦτο οὖν ὃ καὶ ἀνάγκη τέρψαι, τῇ τῶν ἔργων τερπνότητι τερπέσθω τὸ θέατρον. ὅθεν ὁ τῶν ὅτε ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι τῶν εὖ βεβιωμένων, ὅτε καὶ τῶν ἄλλως ἐχόντων τιμωρήσασθαι δυναμένων ἀνθρώπων, ἢ πολὺς ὁ λόγος, ἐὰν ἢ φθόνῳ ἢ προσπαθείᾳ τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα κακίας ὀνόματι συκιάζοντες, τὸν τῷ Θεῷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις ἐγκωμιόμενον βίον παραλαμβάνει διαβάλλουσι δυσφημίαις. ἔστι γὰρ, καὶ τοῦτο καιρὸν τῆς ἀνταποδόσεως, τοῖς εὖ βεβιωκόσιν, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀνθρώπων ὑπολήψεως, ἀλλ' ἀπ' αὐτῆς τῶν βεβιωμένων τὴν ἀληθείαν ἢ ἀμοιβὴ τῆς αἰωνίων ἀγαθῶν.

Cap.

Cap. IX.

24. Οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε] *Ità currite ut vincatis.* Quantum inter victoriam & coronam, tantum discriminis est inter λαμβάνειν τὸ βραβεῖον, quod hîc præcessit, & καταλαμβάνειν, quod magis ad antagonistas referebatur, *occupare.* Cyprianus, *ut occupetis*, h. e. ut victores sitis. Nam, quod Plutarchus ait Περὶ ἀθλοθεσίας, in cursu ἡ νίκη τῷ φθάσαντος. Hesychius, Καταλαβέσθαι, φθάσαι. Ipse Paulus optimus sui interpres Rom. 9. 30, 31. & Phil. 3. 16. ubi cùm ait ἔλαβον, supple τὸ βραβεῖον ex hoc loco. Λαμβάνειν τὸ βραβεῖον & τὸ στέφανον perpetuò dicitur, nunquam καταλαμβάνειν· hoc enim est idem quod προλαμβάνειν, & utrumque absolutè ponitur: sic προειληφότες dicuntur qui priores alicubi fuerunt. Gallicè, *qui ont pris le devant.* Non igitur ad bravium refertur τὸ καταλαμβάνειν. Atque haud scio an rectè vulgò dicatur ab Athletis corona occupari, atque adeò in sublimi loco posita, & indè rapi solita. Vellem alia certè producerentur huic rei argumenta quàm quod petitur è Plutarcho Περὶ Φιλοπλουτίας commemorante dictum Hippomachi cujusdam; Ἱππόμαχος ὁ ἀλείπτης, ἐπαινούντων τινῶν ἄνδρωπον ἐυμήκη καὶ μακρὰς ἔχοντα χεῖρας ὡς πυκτικὸν, Εἰπέρ, ἔφη, καθελεῖν ἔδει τὸ στέφανον κρεμάμενον. Hinc effici volunt, coronam ex edito deripi solitam scilicet: quod adeò non efficit hîc lepos, ut contrarium planè persuadeat; saltem sequentia legissent, Τοῦτ' ἔστιν εἰπεῖν πρὸς τοὺς τὰ μεγάλα χωρία καὶ τὰς μεγάλας οἰκίας καὶ τὸ πολὺ ἀργύριον ὑπερεκπεπληγμένους

καὶ μακρολογοῦντας, εἰ μὴ ἔδει πολλὰ μένειν πείρᾳ τῆς ὑπομονῆς. Mira ſupinitas! Simili errore Plutarchi ejuſdem verba de Catone Cenſorio perperàm eò trahuntur, ut ſignificent fuiſſe Athletas qui toto vitæ curriculo in rigida illa σκληραγωγίᾳ perſeverarent: Ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον ἐγκαρτερεῖν τῇ τάξει τῆς ἀπράξεως καὶ διαμαλλάττοντα μέχρι τέλους. Non dicit Plutarchus Athletis hoc in uſu fuiſſe: dicit tantùm Catonem fuiſſe ſimilem Athletæ qui hoc faceret. Ità Chryſoſtomus in Epiſtolam ad Rom. dixit, Χρεὼν συμπλοκῆς σῶσαι τὸ πρόπαλον, καὶ πρὸς τὴν πάλης ἁρπάσαι τὸ βραβεῖον· nempe in agone ſpirituali, quod in alio non licuit. Sed de his plura in Notis ad hos libros uberioribus. Nunc ſatis eſto, καταλαμβάνειν idem eſſe quod καταλείπειν, *ſtrenuè anteire* Horat. καταλαμβάνεσθαι, *relinqui, vinci*. Nam ità Cicero interpretatur has voces apud Platonem in Timæo plus vice ſimplici. Plato de planetis, Καταλαμβάνει καὶ καταλαμβάνονται ἀλλήλων· ubi de curſûs celeritate. Cicero reddit, *Vincunt alii alios, viciſſimque vincuntur.*

25. Πάντα ἐγκρατὴς] Sibi hoc imperat, ut omnia faciat ad præſcriptum alienum; nam tum etiam ἐγκρατὴς, cùm plus edit quàm vellet. Labori, ciborum obſervationi, diætæ, vigilias addit Chryſoſtomus Homil. ad Antioch. 66. Mirantur, & vigilias aiunt non fuiſſe præſcriptas Athletis. Non tamen dormitavit ὁ χρυσορρήμων cùm hæc ſcriberet: haud paulò limatiora certè ſunt quæ Antiochiæ, quàm quæ Conſtantinopoli evigilavit. Hoc voluit, ſomni modum iis ut cæteris præſcribi ſolitum ſtatis horis, ut nec quamdiu, nec quando vellent dormirent: hoc autem,

autem, prout somnolenti erant, quod in iis Plato notavit, pars magna fuit σκληραγωγίας. Notus Galeni jocus in ἀθλητὰς ἀθλίους· & quod Ælianus narrat, iratum nescio quem servo minari se missurum illum Olympiam; sed ut spectaret, (nam & spectantium ærumnæ graves) non ut certaret, quod servis inconcessum. Hinc scitum acumen Galeni βίον ἐλεύθερον opponentis athletarum vitæ, quanquam athletæ omnes ingenui erant. Nam servilis est vita quæ tota posita est in alterius arbitrio. Hæc mirè concinunt cum iis quæ præcesserunt commate 19. Ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν (vel ἐν πᾶσιν) ἐμαυτὸν ἐδούλωσα· & 22. Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα. Liber erat Paulus, nec liberè tamen vivebat, ut athletæ; nam se totum usibus proximi mancipabat. Charitas ipsi erat quod Epistates athletis.

26. Οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως] Non tantùm cursor, sed etiam pugil: nam cursus inter levia; longè gravissimum certamen erat pugilatus. In utroque se Paulus exercuit serió: in priori οὐκ ἀδήλως, in posteriori ὡς οὐκ ἀέρα δέρων· quorum altero significatur præludium cursorum, altero præludium pugilum. De posteriori nota rès est, *ventilatio*. De priori Statius Theb. 6.

——*tunc ritè citatos*
Explorant, acuúntque gradus, &c.
——*nunc ignea tollunt*
Crura, brevémq; fugam nec opino fine reponunt.

Ut pugiles alterna brachia jactabant proludentes; ità cursores breves cursus instituebant nullo scopo, nullo fine, nisi ut excitarent sese, vel animi

ni gratiâ, ut exercitarent sese, sine adversario, nullum ob præmium, hoc est, ἀδήλως, vel εἰς κενὸν, Gal. 2. 2. & alibi sæpe. Menander, quem Paulus legerat,

Ἀρὴς ἄτελὲς εἰς κενὸν μοχθεῖ τρέχων.

Suidas, Ἀδηλία, ἀοριστία. Hinc ἀδήλως, ἀορίστως, *sine termino*, nullo fine proposito, non κατὰ σκοπόν· itáque Chrysostomus interpretatur. Miror autem summos Criticorum ἀδήλως interpretari de *progressu qui non appareat*, quasi testudo currere dicatur. Sequitur, Ὑπωπιάζω τὸ σῶμά μου, quod est pugilum; non parco corpori, ut in ludicro certamine, nec σκιαμαχῶ· ac præterea δουλαγωγῶ, tanquam *servum* habeo, quod jam ad cursum spectat; servitio corporis tanquam servi cursori utor. Nimirum à cæteris certaminibus arcebantur servi, non à cursu. Quanquam vox δουλαγωγῶ melius, opinor, sumeretur intransitivè, post σῶμα interpungendo, ità ut idem hîc dicatur quod ante comm. 19. Ἐμαυτὸν ἐδούλωσα.

Cap. XI.

10. Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς] Mirè sibi placebat Jacobus Gothofredus noster, ὁ μαχαίτης, in ea conjectura, legendum ἐξυβίαν pro ἐξουσίαν (proclivi mutatione τοῦ β in σ) *exuviam*, traductâ voce Latinâ in Græciâ, *tegmen* capitis. At si quid audendum, si fas, inquam, esset, malim legere ἐξυσία pro ἐξουσίαν· observavimus enim non raro in veteribus libris ει inter-

interpunctione naram esse literam ν, calami lasciviâ. Quod si concederetur, plana essent omnia. Diceretur enim ἡ γυνὴ, ἐξουσία, nimirum τῷ ἀνδρὸς, per appositionem, ut ἐξία dicebatur præcedenti commate: non est enim alterum altero durius, nec significatus discrepant. Clarè Achmetes Oneirocriticôn 123. Ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρὸς δυνάμις καὶ ἐξουσία ἐστί. Plinius Panegyrico, *Tibi uxor in decus & gloriam cedit.* Non voluptatis nomen, sed *dignitatis*, ut ille dixit quondam. Subjicitur, Διὰ τοὺς ἀγγέλους, qui cùm ipsi sint ἐξουσίαι & δυνάμεις (est enim aliqua inter ipsos etiam ὑποταγὴ nobis ignota) cum pedibus tegere dicuntur oculos & caput coram Deo, Esa. 6.2. Porrò, Ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς de muliere non aliter hîc sumendum quàm paulò antè de viro, κατὰ κεφαλῆς ἔχειν. Non enim præscribit quod aut quale tegmen induere capiti debeant, sed ut aliquid omnino imponant. Plenè igitur sic; Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ, ἥτις ἐξουσία, ἤτοι δύξα, τοῦ ἀνδρὸς ἐστιν, ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.

Cap. XV.

13. Θείρσιν ἤδη χρηδ' ὁμιλίαι κακαί] Versum ità lectum in Menandri *Thaïde* Paulus redegit in formam orationis solutæ: quod factum à Clemente, à Nazianzeno, aliísque Patribus non semel. Magnus hic honor Poëtarum est, nullum enim Paulus Oratorem adduxit unquam in testimonium. At sicut Libanius, quadam Epistolâ ex ineditis (quæ magno numero in Bibliotheca Medic.) si puerum quendã eximii profectûs

aureum

aureum vocet, hanc fore laudem ait non pueri, ſed auri: pari planè pacto commemorandis Poëtis non Epiſtolæ Pauli, ſed Poëtæ ipſi probabiliores fiunt & illuſtrantur. Libanius Acacio, χρυσῆν ἢ εἰ φαίην γεγονέναι τὴν ψυχὴν τῷ νεανίσκῳ τοσαύτῃ χάλλει δεξαμένην, ἁμάρτοιμι ἂν τὸν χρυσὸν αὐτὸν, ἢ εἰ βέλει γε τὸν κολοφώνιον. Porrò hæc Gnome ante Paulum & poſt ipſum apud Ethnicos & Chriſtianos mirè percrebuit. Romani: Juvenalis Sat. 2.

——Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures; ſicut grex totus in agris
Unius ſcabie cadit, &c.

Seneca, *Sumuntur à converſantibus mores, & interquadum in contactu corporis vitia tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit.* Idem, *Malignus comes quanquam candido & ſimplici rubiginem ſuam affricat. Serpunt enim vitia, & in proximum quemque tranſiliunt: Itaque ut in peſtilentia cavendum eſt*, &c. Græci: Epictetus, Ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συναναστρεφόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ᾖ καθαρός. Ferè ut Sirac. 13. 1. Nec diſſimilia ſunt ejuſdem quæ legimus apud Arrianum lib. 3. cap. 16. Xenophon lib. 2. Ἀπομνημ. τὸν μὲν ἧσσον χρησὸν ἐμμελίαν ἄσκησιν τῆς ἀρετῆς, τὸν δὲ ἧσσον πονηρὸν καταλύσιν, dixit. Plutarchus Περὶ παίδων ἀγωγῆς in eo multus eſt, Καθόλου δὲ ἀπείργειν προσήκει τοὺς παῖδας ἀπὸ τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους συνουσίας· ἀποφέρουσι γὰρ ἀπὸ τούτων κακίας. Iterum, Ἐκδιωκτέον δὲ καὶ τὰς ἧσσον συμφοιτητῶν μοχθηρίας· καὶ γὰρ ἔστι καὶ ἐπιεικεστάτας φύσεις ἱκανοὶ διαφθείρειν εἰσί. Xenocrates apud eundem lepidè ſuadet ea propter juvenibus magis quam

quàm athletis amphotidas dari, Ὡς ὀνείνων μὲ τὰ ὀπι ταῖς πληγαῖς, τύπτων ἢ τοῖς λόγοις τὰ ἤθη διασρεφομένων. Demosthenes apud Athenæum, Οὔτε ὀνήσεις λόγχη, ὅτε ὀν τοιούτων λόγων ἀνὴρ ἀγαθὸς γίνῃ. Aristoteles in eundem sensum, Ἀπὸ μὲ νόσων ἐνίων νοσῆσιν οἱ πλησιάζοντες, ἀπὸ ἢ ὑγιείας ἥδεις ὑγιάζει. Naumachius,

Κεἰ δνὰ κακοὶ φθείρωσι γυναικῶν ἤθεα μῶδοι.

Scholiastes Pindari, verbis aliis, non aliâ mente,

Κωλῦ παρρικεῖς κἂν ἑνὶ, σκάζειν μάθῃς.

Quem versum, ut diximus de Paulo, Plutarchus redegit in formam solutæ orationis hoc pacto, Ἂν κωλῦ παρρικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃ. Euripides non tantùm Andromachâ,

Κακῶν γυναικῶν εἶσόδοι μ' ἀπώλεσε,
Αἱ μοι λέγουσαι τοὐμὸν ἢ ἐκαύνως λόγως·

sed etiam ferè idem Phœnice,

Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδε ἢ κακοῖς ἀνὴρ,
Οὐ πώποτ' ἠρώτηκα, γιγνώσκων ὅτι
Τοιοῦτός ἐστιν οἷόπερ ἥδε ἢ ξυνών.

Hinc factum arbitror quòd hunc apud Paulum senarium non à Menandro Comico, sed ab Euripide Tragœdo mutuatum esse opinati sunt Nicephorus, Socrates & Clemens, ut videtur, Alexandrinus, Strom. 1. Theognidis notum illud,

Ἐσθλῶν μὲ γὸ ἀπ' ἐσθλὰ δίδαξεαι, &c.

& hoc Æschyli,

Ἐν παντὶ πράγει ἐσθ' ὁμιλίας κακῆς
Κακίον ἐδέν.

At

At Paulus malùit ex Menandro longè præstantissimo Comicorum, & quasi Græcorum Terentio, quia non semel disertis verbis eundem sensum expresserat: nam & hæc Menandri leguntur,

Σοφοῖς ὁμιλῶν κ' αὐτὸς ἐμβήσῃ σοφός.
Κακοῖς δ' ὁμιλῶν κ' αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.

Patres, Latini Græcíque pariter, hanc gnomen celebrárunt. Latini, præter Augustinum Sermone De resurrectione, & Hieronymum ad Magnum Epistolâ, Tertullianus variis locis, qui & ὁμιλία modò *congressus*, modò *confabulationes* pessimas (ut Hieronymus ad Nepotianum) reddidit, quibus *conversationem atque commercia Deo digna* opposuit. Græci: Justinus, Φυσικὰ γὰρ γνώμη κ' πολλὰς ἐμπλῆσαι κακοχυμίας ἀπὸ φαύλων ὁμιλιῶν. Nazianzenus & ipse Poëta in Tetrastichis,

Κακοῖς ὁμιλῶν κ' κακὸς πάντως ἔσῃ.

Eundem vide Orat. Apologet. fusiùs agentem. Cyrillus, Τὰ συνδιαπαῦσι τοῖς φαύλοις ἐπιλαβεῖς ἢ ἐπίφοβον. Basilius, Βλαβεραὶ αἱ πρὸς τοὺς κακοὺς συνουσίαι· quas & Pesti deinde comparat, Ὡς ὁ ἀὴρ λοιμώδης νόσον τοῖς ἐνδιατρεφομένοις ἐναποτίκτουσιν, ὅτως καὶ πρὸς τοὺς φαύλους συνουσία, &c. Utramque verò, tum Justini à scabie, tum Basilii à peste desumpram similitudinem (ut suprà Juvenalis & Seneca) Chrysostomus conjunxit in Joan. Δεινὸν γὰρ, δεινὸν ἡ ἐκ πονηρῶν συνουσία, κ' ὥσπερ ἕλκος ταχέως λοιμὸν ἄπτει κ' φθορὰν διαφθείρει. Eusebius Præpar. Evang. lib. 6. cap. 6. Οἶδε συνουσία φαύλη κακοῦσθαι· & lib. 8. cap. 9. Κακοῖς ὁμιλήσαντες διέφθορεν λαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι. Agmen claudat Nilus Ascetico inedito,

Ἐπ-

πολλάκις γὰρ (vel ἐπολλάκις) τὴν ἐκ μικρᾶς αἰτίας φιλοτιμοτέραν ἢ τὴν τῆς ἐκκλησίας εὐπρέπειαν ἐπιδεικνύμενοι· οἱ δὲ ἐν ἄλλοις λοιμικοῖς ἡνεμιῶσι πάντες νοσοῦντες, ὅπως οἱ ἐν ἀνδράσιν ἀθλητικοῖς ἀγῶσι μὴ ἡττώμενοι μεταλαμβάνωσι ἑαυτῶν (αὐτῶν) καλλίας.

29. Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;] Post digressionem versu 20. ceptam, thesin quam protulerat versu 19. duplici confirmat hypothesi. Dixerat, *Miserrimos fore mortalium Christianos, si tantùm in hac vita sperarent in Christo*: quod jam probat exemplo Martyrum; deinde suo proprio. Si nulla est omnino resurrectio & spes post hanc vitam, quid illis fiet qui mortem oppetunt pro Christo nisi mortuo ut nec ipse resurgat? Quid miserius erit illis? Aut quid nobis, inquit, fieri potest stultius, qui pro illo mortuo non quidem oppetimus mortem, sed tamen, totidem quasi mortes, quotidie discrimina capitis adimus? Annon meliùs illi vitam redemissent, abnegato illo mortuo? Annon prudentiùs nos jucundè vitam ageremus Epicuræorum in morem? Quam sanctam sibi præ cæteris placitam, cùm Christianus non esset, Augustinus confitetur. Ad verba quod attinet, nulla difficultas esset, si Paulus dixisset, οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, vel οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τοῖς νεκροῖς. Nam *baptizari pro Christo* nihil aliud significare potest quàm quod alibi dicitur *baptizari baptismate Christi*. Baptismum *sanguinis* vocant. Cur autem dixit ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, pro ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, non insolenti enallage, ut 2 Paralip. 24. 25. & Genes. 21. 7. *filii* de unico. Sic, *Mortui sunt qui quærebant animam tuam*, de solo Pharaone, Exod. 4. 14. & de solo

ſolo Herode, Matth. 2. 20. nam ſolum Herodem tunc mortuum conſtat ex Joſepho. Acceſſit cauſa propria cur Paulus nollet Chriſtum diſtrictè vocare τὸν νεκρὸν, quia res erat infanda Chriſtum ità mortuum eſſe, hoc eſt periiſſe: nam ejuſmodi mortuorum Deus non eſt Deus. Ut igitur mitigaret duritiem ac duritatem rei, quæ nec ſine horrore audiri, nec ſine blaſphemia cogitari poteſt, in univerſum dicere maluit. Vicarii baptiſmatis error hauſtus videtur ex his verbis perperàm intellectis, tametſi de eo nullus cogitârat Paulus.

50. Σὰρξ καὶ αἷμα] Magiſtri dicunt, in Reſurrectione fore ut homines tanto permoti miraculo abjiciant idola ſua, nec amplius ſerviant לבשר ודם *carni & ſanguini*, cùm omnes in ſeipſis admiſſuri ſint מלכות שמים *regnum cœlorum*. Sunt igitur hæ formulæ Judaicæ, ſed in diviniorem ac cœleſtem ſenſum à Paulo traductæ, ut alibi ſæpe.

Cap. XVI.

22. Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον] Reddo, *Si quis non oſculatur Filium*, ex Pſal. 2. quod additur appoſitè ad ſanctum quod præceſſit inter fideles φίλημα. Nullam alioqui video rationem inſertæ hujus hoc loco clauſulæ.

NOTÆ

Notæ ad Posteriorem AD CORINTHIOS.

II. COR. III.

7. Ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι] *Ut non potuerint intueri*, nempe contrà & rectà, cùm primùm ad eos venit Moses, quin præstringerentur eorum oculi. Clarum hoc est Exod. 34. 30. Primo aspectu perterriti ad eum venire timuerunt. Sed Moses vocavit eos, & reversi sunt, *& præcepit eis omnia quæ locutus erat Dominus cum eo*, brevi spatio. Quibus peractis cùm diutiùs ferre non possent hunc tantum splendorem, velavit faciem suam, ubi propiùs cum iis versaretur; nec enim continuum fulgorem ferre potuissent, qui vix tulerant eum quamdiu loqueretur. R. Menachem innuit Israëlem, cùm loqueretur Moses, faciem suam (fortè manu) texisse, ut fieri solet in acriori luce. Ait enim, Seniores Israëlis in lectione libri Legis operire faciem suam, dicentes, *Qui audit Legem ab ore lectoris, perinde est ac si audiret ab ore Mosis.* Quod apprimè conveniret cum duplici velo de quo Paulus, altero super libro Legis, altero su-

per corde Iſraëlis. Duplex pariter viſitur in hodiernis Synagogis; alterum quo liber Legis involvitur, alterum quod ſuo quiſque capiti geſtant impoſitum. Neque verò neceſſariò debet auditor eum qui loquitur ἀτενίσαι, & contentis oculis intueri, ſive ἀντοφθαλμεῖν, ut loquitur Clemens diſcipulus Apoſtolorum, ad eoſdem ſcribens Corinthios. Vide Exod. 3. 6. ubi Moſes ipſe μὴ δυνάμενος ἀτενίσαι, Deum tamen abſque velo rectè audit.

13. Καὶ ὃ καθάπερ Μωϋσῆς ἐπίθει κάλυμμα] Conqueſti apud me ſunt Judæorum nonnulli, quòd ex Paulo dicamus nos Moſem allocutum eſſe populum velatâ facie: ſecùs enim ſe rem habere, ut patet Exod. 34. 33. Fieri poteſt, dixi, ut alicui exciderit: ſed id Paulus nec dixit unquam, nec ipſius inſtituto neceſſarium erat. Satis eſt ſi Moſes à Deo veniens retectâ facie, poſtquam verba fecerat è ſuperiore loco, ut eſt apud Joſephum, ubi poſtmodum cum populo æquis locis verſabatur, faciem obtexit, nè *cornua illa magnificentiæ*, ut Kimchi vocat, (nec tam abſurdè quàm putatur Vulgatus Interpres reddidit) populus contrà tendens oculos inſpectaret. Nam quid ſignificabat hoc velum niſi terreri, non recreari, mentes illius fulgore Legiſlatoris, & longè aliam fore Meſſiæ gloriam, quæ levato velo ſeſe præberet omnibus perpetuò fruendam, & quò major & propior, eò benignior exſplendeſceret? Quippe vehemens objectum αἰσθητὸν ſenſum lædit, *vanum* perficit intellectum. Non igitur Chriſtum, non Apoſtolos obnupſiſſe faciem inſtar Moſis, qui ſub velo ſemper latuit, niſi cùm adiret ad Deum, aut rediret à Deo, & ejus nomine ſolenniter populum

lum alloqueretur ad breve tempus. Obtinuit alia interpretatio: ſed ἕτον περιμᾶν ἢ ἀλήθειαν. Itaque Judæi conquiſierunt. Si quis Exodi verba perpendet, facilè comperiet, non aliter doctiorum in gente illâ, ſed pervicacium, hominum expoſtulationi ſatisfieri potuiſſe. Nam ratum apud eos fixúmque eſt, abſurdè dici Moſem pro concione ad populum velatâ facie locutum.

Ibid. Πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι] Duplex aſſignari ſolet cauſa cur Moſes faciem ſuam velârit: altera, nè Judæorum oculi luce nimiâ præſtricti laborarent; altera, nè lucem illam, dum paulatim aboleſcebat, intuerentur & obſervarent, ut fert opinio Judæorum, & inter eos Aben-ezræ, *Nè qui fortè Iſraëlitarum putarent Moſis dignitatem imminutam*, ſi luce illâ in dies evaneſcente, priſtina vultûs ei forma rediret. Quam opinionem tangere videtur Apoſtolus, ut eam, quemadmodum ſolet, in altiorem ſenſum flectat. Hinc eſt quod τὸ καταργούμενον tam ſæpe hîc uſurpat. Huc etiam pertinet, quòd Exemplaria quædam legunt, πρὸς τὸ ἀτενίσαι non εἰς τὸ τέλος, ſed εἰς τὸ πρόσωπον. Atque ideo nos *transformari* dicet Apoſtolus, non in extima cute imbui, *de gloria in gloriam*, hoc eſt, lumine perſeverante atque adeò creſcente, oppoſito luci temporariæ vultûs Moſaici, quæ non perduravit. Quod ſymbolum fuit ſplendidum fœderis illius veteraſcentis & tendentis εἰς ἀφανισμὸν, Hebr. 8. 13.

18. Ἡμεῖς δὲ πάντες κατοπτριζόμενοι, &c. μεταμορφούμεθα] *Excipientes tanquam totidem ſpecula*, &c. *transformamur*. Nam qui contemplantur in ſpeculo, non transformantur in objectum, ſed

magis transformare videntur ſpeculum in imaginem ſuam. At Plutarchus dixit Solem ſic efficere Iridem, ut ex adverſo radiorum ejus ſtet ſemper nubes illa denſa, quam intuetur tanquam in ſpeculo; ubi Anaxagoræ ſententiam recitat, Καταπεπυκνῶσθαι τὸ κατοπτεύοντος αὐτὴν ἀέρος διαπαντὸς ἱσταμένης, De placitis philoſophorum lib. 3. cap. 5. Theſſalus Orat. ad Athenienſes, Εἰς ἕτερος ὑμῶν εἰς κάτοπτρον βλέψαντες, ἴδοιτε ἂν τοι ἃ ποιέομαι. Sic & Aphrodiſienſis, Τὸς ὀφθαλμὸς τῆς ψυχῆς κάτοπτρον εἶναι dixit. *Imaginare* dixit Gellius: Heſychius, φαντάζεσθαι. Commodè igitur deſumi poteſt ſimilitudo à pupilla oculi, ſpeculo naturali, quæ contemplando transformatur. Niſi dicamus hoc ſupernaturale ſpeculum, contrà quàm artificialia, vi pollere transformandi objecta, & opponi Moſaïco, tantùm lucenti. Magiſtri enim cenſent inter Moſis prærogativas, quòd non viderit Deum, ut cæteri Prophetæ, in viſione obſcura, ſed *pellucida*, & בטפקל ריאמירה *in ſpeculo lucido*. Clemens ad eoſdem hos Corinthios venerandæ vetuſtatis epiſtolâ, Ἀτενίσωμεν εἰς τὰ ὕδατα τὰ ἀπὸ ἀρνῶν διὰ χαιτῆς, ἐνοπτεισώμεθα τὸ ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ. Vide Gen. 30. 40. & præclarè commentantem Hieronymum in Tradit. *Tales*, inquit, *fœtus concipiebant, quales umbras arietum & hircorum deſuper aſcendentium in aquarum ſpeculo contemplabantur. Ex virgis enim in canalibus poſitis varius erat imaginũ color.* Addit Hieronymus Quintiliani defenſionem matronæ quæ peperat Æthiopem, & adulterii ſuſpicionem ob fœtum utrique parenti diſſimilem ſublatam ab Hippocrate, ex eo quòd ſimilis fuiſſet in cubiculo pictura. Confer

Gal.

gal. 4. 19. nam quod ibi μόρφωσις, hîc μεταμόρφωσις. *Visio* ferri, *contemplatio* amygdalæ, ut à summis notatum est viris, pro *specie* ac similitudine accipitur; apud Græcos ἰδέα βοτάνων, itidem.

Uváque conspecta livorem ducit ab uva.

Cap. IV.

2. Τὰ κρυπτὰ τ̃ αἰσχύνης] Origenes jam dicto Φιλοσοφουμένων libro, Ἄξια Θεῷ τῷ ἐυεργέτῃ ἀνταποδιδόναι πειρώμενοι, καὶ οὐδὲ ὅπως καθ' ἀξίαν ἀνταμειβόμενοι, πλὴν ἐν οἷς πεπιστεύμεθα μὴ ἀτονοῦντες, ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ καιρῷ τὰ μέτρα ὑπερτελοῦντες, καὶ ὅσα παρέχει τὸ ἄγιον Πνεῦμα πᾶσιν ἀφθόνως κοινωνοῦντες· ἀλλὰ καὶ ὅσα ἡ ἀλήθεια (ὡσὸ τ̃ Παῦλος χάεις) παρελαβοῦσα ἀνθρώποις διηκόνησε, ταῦτα καὶ διὰ λόγου σημαίνομεν (σημηνάμενοι) καὶ διὰ γραμμάτων ἐμμαρτυρόμεθα μεινυμμενοι (ἐμμαρτυρησάμενοι) ἀνεπαισχύντως κηρύσσομεν. Veritas lucem non timet. Idem hic Apostolus, *Non me pudet Evangelii*, quod in Urbe prædicare non dubitem in ista luce. Sed in rebus humanis nulla sine arcano Majestas, & major è longinquo reverentia. Mysteria Gentium latebras quærunt, Christianorum impunè produntur. Mysterium est τὸ κρυπτόν. Certum enim habeo vocem hanc *mysterium* Hebraicæ, non Græcæ originis esse. In Ecclesia Dei palàm omnia fiunt, quæ possint à quovis inspici, qualem Drusus domum optavit. At falsi Doctores, qui dolosè tractant verbum Dei, doctrinam suam, ut malas merces, occultant, cùm Evangelium instar Solis, nisi cæco, nemini lateat.

Cap. XI.

6. Εἰ ὃ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ] Hoc, opinor, ex loco factum est, quòd non Hieronymus modò, qui Paulo interdum iniquior, sed Chrysostomus, ejus admirator summus, hunc juxtà cum cæteris Apostolum faciunt indoctum & indisertum, quem tamen constat plenum literis fuisse. Hic βάναυσον, ἀπαίδευτον, ἄσημον, ἀμαθῆ vocat: Ille, quod se *imperitum sermone* dixit, non de *humilitate*, sed de *conscientiæ veritate* dixisse affirmat. *Seipsum interpretari cupiens*, inquit, *involvitur*. Tum, *Divinorum sensuum majestatem digno non poterat Græci eloquii explicare sermone*. Bona verba, Pater! Duo putamus observanda. Primum, verba illa, εἰ ὃ καὶ, respondere his nostris, *Quand même*. Non est enim confessio, sed concessio. *Esto*; ἰδιώτης *sim* τῷ λόγῳ· *denegari mihi non potest id quod est rei caput*, γνῶσις. Alterum, aliud esse ἰδιώτην τῷ λόγῳ, qualis Paulus, aliud ἰδιώτην τοῖς γράμμασι, quales alii fuere Apostoli, qui dicuntur ἄγραμματοι καὶ ἰδιῶται, hoc est, planè ἀπαίδευτοι, Act. 4. 13. At ἰδιώτης τῷ λόγῳ potest esse idem qui τοῖς γράμμασι πεπαιδευμένος καὶ πολυμαθέστατος. Qualis Erasmus noster, & omni ævo complures fuere. Nempe hîc ὁ λόγος tacitè opponitur τῇ ἐπιστολαῖς, ut 2 Cor. 10. 10. Nemo quidem in scriptis Pauli tanquam idioticum & nimis indoctum aliquid reprehendebat, sed in eloquentia corporis & in orando. Si quod ὑστέρημα ejus fuit, fuit ἡ παῤῥησία τοῦ σώματος ἀσθενὴς καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος, hoc est quod ἰδιώτης τῷ λόγῳ esset, scribens gravius

graviùs & vehementiùs quàm ἐπισπάζων. Vide quæ ſuprà dicta ſunt à nobis de Moſe ad Act. 7. 22. & Epiſtolam Photii 165. Sed & Origenes ad 2 Cor. 4. 2. διὰ λόγε & διὰ γεγμμάτων oppoſuit.

Cap. XII.

6. Σκόλοψ τῇ σαρκὶ] *Crucem* ſuam vocat Paulus adverſarium aliquem ſuum; nam σκόλοπα miror ità non verti, cùm perpetuò Paulus afflictiones ſuas ad inſtar Crucis Chriſti depingat, & ſe *crucifixum* dicat mundo, & *unà crucifixum* cum Chriſto, & *portare Domini ſtigmata in corpore ſuo*, & alibi τὰ νέκρωσιν τῦ Κυρίε ἐν τῷ σώματι, ac denique ἀνταναπληρῶν τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τῦ Χριςῦ, & addat ἐν τῇ σαρκί με· quid proclivius eſt quàm ut cùm dixit σκόλοπα τῇ σαρκὶ, de perſecutione ſimiliter interpretemur, quaſi quadam cruce quam Chriſtianus quivis poſt Chriſtum bajulat, Paulus inprimis, qui ſe κολαφίζεσθαι pariter hîc dicit, alapas inflictas Chriſto reſpiciens? Σκόλοψ autem propriè *cervus*: at rectè *crucem* interpretari poſſumus. Heſychius, Σκόλοπες, σταυροί. Idem Σκολοπώνυμον, σταυρώσιμον reddit. Gloſſæ Philoxeni malè dictæ, Σταυροκόμιον, *furciferum*, cruce dignum. Jam verò, ſicut patibulum & crux à Latinis, ità σκόλοψ & σταυρὸς, ἀνασκολοπίζειν & ἀνασταυρῶν, à Græcis nullo ſæpe diſcrimine uſurpantur. Heſychius, Τὸ γὰρ παλαιὸν τοὺς κακοῦργοντας ἀνεσκολόπιζον· id eſt, ἀνεσταύρων, ut ex eodem Heſychio patet; Ἀνασκολοπίσει, (reſcribe Ἀνασκολοπίσει) ἀνασταυρώσει. Lucianus Macrobiis, de Ariarathe,

rathe, Ζωχηθεὶς ἀνεσκολοπίθη. Idem sannio, de vita Peregrini, Σοφιὴν ἀνεσκολοπισμένον, de Christo crucifixo. Ità passim Patres. Eusebius de Petro dixit, eum ἀνασκολοπισθῆναι, cap. penult. lib. 2. Hist. Chrysostomus de Christo, Ὃν εἶδον ὑπὲρ ἑαυτῶν γυμνωθέντα ἀνεσκολοπισμένον, προσηλωμένον, ἐμπηγόμενον. Nec aliter Tertullianus crucem Christi vocat *patibulum*, σκόλοπα. *Crucem figere* Latinè dicimus etiam de eo qui molestiam gravem alteri creat. Quid mirum igitur si Paulus eum à quo supra modum cruciabatur adversarium σκόλοπα vocat, id est crucem, & quasi tortorem suum; sed & *Angelum Satanæ*, ut superiori capite *Satanæ ministrum*? Quæ duo non dubitamus posita ἐν παραλλήλῳ, ut εἰς πρόσωπον δαίειν ibidem pro eo quod hîc dicit κολαφίζειν, de publica & atroci calumnia. Satìs mirari non possùm eos qui volunt à Dæmone vexatum Apostolum etiam aspectabili formâ, vel eos qui de Theclâ. Magìs adi Chrysostomum, & audi. Si quis caput quod præcedit malè separatum cum hoc capite diligenter contulerit, ei se facilè nostra hæc interpretatio probabit.

Notæ

Notæ in Epistolam AD *GALATAS.*

Cap. II.

2. Ἀνεθέμην] Id est, *Retuli, Communicavi.* Chrysostomus exponit κοινώσασθαι. Hieronymus eleganter, *in amici sinu ponere.* Nimirum respexit, opinor, ad illa verba Græcorum interpretum Michææ cap. 7. Καὶ ἀπὸ τῆς συγκοίτου σου φύλαξαι τὰς ἀναθέσεις τοῦ ἀυλῆς σου, *Et conjugi tuæ cave nè quid aperias.* Itaque capitis hujus com. 7. Οὐδὲν προσανεθέντο, reddi debet, *Nihil ultrà aperuerunt*; & capitis præcedentis com. 16. Οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, *Non rem aperui carni & sanguini,* quasi capturus indè consilium. Porrò ἀναθέσεις optimis Græcis Autoribus est *mutare sententiam*, vel *mutare factum*, desumptâ similitudine à ludo calculorum, ubi calculus malè datus & positus revocatur & reducitur. Hesychius, Ἀναθέσεις, ὁμολογῆσαι· ἐπὶ τῶν πεττῶν ἐλέγετο· οἱ γὰρ παίζοντες καὶ τὰς ψήφους ἐδιόρθων. Rescribit vir summus, Ἀναθέσεις, μεταγνῶσαι, pro eo quod est apud Hesychium ὁμολογῆσαι· sed nihil mutandum est; nam qui revocat calculum, ipso facto

cto reus est confitens; neque modò pœnitet eum, sed etiam fatetur à se peccatum. Hinc ἀναθέσθαι βίον est *mutare pristinum vitæ institutum*. Harpocration Antiphontis dictum refert valde scitum, quod est apud Philostratum in Antiphonte, Ἀναθέσθαι ὥσπερ πεσσὸν τὸν βίον οὐκ ἔξεστι, *Revocare vitam ut calculum non licet*. Rursum Hesychius, Ἀνάθεμα, ἐπάρατος, ἀκοινώνητος· quarum significationum una fluit ex altera; maledictus enim est qui communionem cum Deo non habet: ut sit frustrà vir longè doctissimus cùm harum significationum alterutram vult veram esse, nimirum posteriorem. Fateor quidem prius, ἀνάθεμα, significare τὸν ἀκοινώνητον, sive τὸν ἀφωρισμένον· nam θέμα *positio*, ἀνάθεμα contrarium, *remotio*, ἀφορισμός; unde Suidas ἀναπόθεμαι exponit ἀφίστημι, apprimè ad originationem vocis. At interim nego ἀνάθεμα perperàm Hesychium interpretari ἐπάρατος· quemadmodum enim ἀναθεῖναι primò quidem *imponere*, *suspendere*, quasi ἄνω θεῖναι, significat, deinde verò *dedicare*, *consecrare*, unde & ἀναθήματα *donaria suspensa, & ornamenta templorum*; sic & ἀναθέσθαι primò quidem significat *revocare*, *seperare à communione*, deinde verò *maledictum* & *sacrum caput*: nempe ἀνάθημα per η deducitur ἀπὸ τῆς ἀναθεῖναι, quod est *suspendere*, aut *in templo dedicare*; ἀνάθεμα verò per ε ἀπὸ τῆς ἀναθέσθαι, quod est *removere*, *separare*, idem quod ἀποείργειν· ita ut præpositionis ἀνὰ sensus longè sit alius in ἀναθεῖναι atque in ἀναθέσθαι, quorum alterum *imponere*, alterum *seponere* designat.

11. Ὅτι καταγνωσθεὶς ἦν] Reddo, *Quia condemnatus erat*, quæ propria est potestas hujus vocis.

vocis. Hesychius, Κατεγνωσμένος, κατακεκριμένος· rescrib. κατακεκριμένος, *condemnatus*. Notum illud Juliani, Ἔγνων, ἀνέγνων, καλέγνων· & argutè responsum, Ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως, εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν καλέγνως. Quanquam verò vox hæc simplicem increpationem interdum significat, hîc tamen cum bona omnium venia reddere liceat, *condemnatus erat*. Sed à quo? Ab Hierosolymitana Synodo Act. 15. & à seipso. Quum enim sententiam in ea Synodo ipse dixerat, ei nunc ipso facto repugnabat. Præcessisse autem illam Synodum hanc Apostolorum principum concertationem, non mea modò, sed excellentium Theologorum opinio est. At omisisse prorsus Paulum id quod erat præcipuum in causa sua, & nullatenus attigisse decretum illius Synodi quod adeò disertè Petro adversabatur, cui eandem fiet verisimile? Κατεγνωσμένος positum volunt pro κατάγνωστος· quod admitti non posse reor in his libris absque Catachresi dura & rariori. Contrà, γνωστὸν ἀντὶ τοῦ ἐγνωσμένου apud Moschopulum legas. Nihil opus est ambage illâ. *In os*, inquit *ipsi obluctatus sum*: quam ob rem? An quia *reprehendi merebatur*, ut verti solet? Sed qui dignus est reprehendi, non ei continuò reluctandum coràm & palàm est. Frigida ratio rei tantæ, ut quidem videtur. Atque hinc factum opinor quòd Paulum egisse procaciter Porphyrius blateravit. Meliùs procedit; Ideo ipsum non scripto aut per alium, non privatim & remotis arbitris, sed publica in corona præsens præsentem increpare non dubitavi, (alioqui non facturus, non ausurus, pro reverentia quæ primogenito debetur Apostolorum) quòd *condemnatus*

demnatus erat illa in Synodo, cui major quàm ulli τῆς ὑπὲρ λίαν Apostolo reverentia debetur.

13. Καὶ συνυποκεἰθη αὐτῷ] Frustrà vir magnus arbitratur fore ut commodiùs legeretur συνυποκλίθη. Nam primò, planè idem est συνυποκεἰθῆναι quod continenter συναπαχθῆναι τῇ ὑποκείσει· deinde, vox Polybiana est, cujusmodi complures Paulus habet, quanquam non in eundem omnino sensum Polybius usurpavit; est enim Polybio συνυπόκεισις propemodum idem quod οἰκονομία Patribus Græcis, non recta & aperta, sed circumspecta & dextrè sagax agendi ratio, κατ' ὑπόθεσιν, ut Aristides loqueretur, quod Latini vocant *sinus obliquare*, Græci ταμιεύειν τὴν ἀλήθειαν. Quâ simulatione prudenti volunt hîc usos esse Petrum & Paulum Apostolos Chrysostomus & Hieronymus Origenem secuti; quasi nulla fuerit inter Apostolos vera contentio, sed consulto consilio atque de industria res ità fuerit ab Apostolis administrata, ut per hoc fictum certamen utriusque populi saluti consuleretur κατ' οἰκονομίαν, quæ vox propriè idem sonat apud Græcos Theologos quod apud Polybium συνυπόκεισις πολιτικὴ, quam ἀπὸ τῆς κακαργήματος latè distinguit: nam simulationem fraudulentam dolúmque malum κακούργημα vocat, sed cata consilia ex usu & in tempore adhibita, quod artis est & prudentiæ, συνυπόκρισιν πολιτικὴν appellat: quem in sensum veniunt & στρατηγήματα militaria; *rationem Statûs* dicunt Barbari; Aristoteles, ut Philosophum decuit, σόφισμα πολιτικὸν dixit eleganter. Est autem ὑπόκεισις vox à theatro & scena petita; quia verò gestus histrionum prisci Rhetores æmulabantur, factum hinc est

est ut vox hæc traduceretur ad pronunciationem Oratoriam designandam: unde rogatus Demosthenes, quid esset in oratione primum, quid alterum, quid tertium, respondit, Ἡ ὑπόκρισις. Cicero, *Actio in dicendo una dominatur.* Sequitur συναπάγῃ. Notabilis vox, cujus penitior intellectus meliùs indagari non potest, quàm si conferatur cum iis quæ sequuntur, Τί τὸ ἔθνη ἀναγκάζεις; Nam idem est, opinor, ἀπάγειν & ἀναγκάζειν, non tam duci quàm rapi, nec rationibus persuaderi, sed exemplo & vi quadam pertrahi. Certè Græci veteres ἀνάγκην carcerem vocârunt, & ἀπάγειν, in carcerem obtorto veluti collo trahere: iidémque sic ἀπάγειν distinxerunt ἀπὸ τοῦ ἄγειν in hoc negotio, ut ἀπάγειν diceretur, qui ducebat ad magistratum ut ab eo plecteretur is quem accusabat, sin minùs, accusator mille drachmas penderet, nisi certè quintam partem suffragiorum terret; ἄγειν autem simpliciter dicebatur qui domum suam debitorem ducebat, ut eum ibi sine cognitione aut judicio malè mulctaret, adeóque interdum interficeret arbitratu suo; atque adeò ubi plures erant Creditores, licebat iis corpus Debitoris in plures partes dissecare atque concerpere: quod crudele institutum Solon sustulit, post quem in bona tantùm licuit quod antea licebat in hominem. Atque hæc obiter, ut doceremus hîc à Paulo nullam vocem adhiberi non gravissimam, contrà quàm nonnulli sentiunt, qui conantur mitigare vocem ipsam καταγναμένῳ, quasi levis esset reprehensio; sed ostendimus jam, esse condemnationem: item illud συναπάγειν, & ἀναγκάζειν, & ἐκ δόξης ποδεῖν πρὸς τὴν ἀλήθειαν, &c. omnia sunt acria.

CAP.

Cap. III.

1. Τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε;] Hieronymus obſervat hîc Paulum Galatis, quos *ſtultos* appellat, ſcribentem ſtultum factum eſſe, argumentíſque uſum è trivio. Chryſoſtomus notat ſolidiùs, non priùs ad hanc σφοδρότητα & vehementiam increpationis veniſſe Paulum, quàm poſt elenchos & ἀποδείξεις, poſtquam ſui muneris autoritatem præcedentibus capitibus ſtabiliverat. Quod autem negat idem Pater faſcinari oculos videntium τῇ πρὸς ὀφθαλμῶν βολῇς, (quas alii vocant ἀπορροίας, Heliodorus ῥεύματα,) vel creari perniciem, pleroſque veterum refragantes habet, Poëtas, Philoſophos, qui de faſcino tanquam re comperta ſcribunt, & in iis Plutarchus Problematûm quinto. Βασκάνω dicitur tanquam φασκαίνω: fiebat enim harum literarum tranſmutatio, ut Φίλιππος Βίλιππος dictus eſt apud Macedonas. Etymon, ἀπὸ τῆς φάσκειν, quòd oculis potiſſimùm noceat, & per oculos; quemadmodum & auribus, & per aures: nam hi duo ſenſus potiſſimùm incantationibus obnoxii: unde Poëta,

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Et apud Hebræos שָׁרַר *ſurdum* ſignificat, à voce denotante idem quod βασκαίνω, *faſcino*. Ad utrumque videtur Paulus reſpexiſſe, cum Galatas faſcinatos dixit nè obedirent veritati, quod eſt auritum; atque hinc eſt quod com. 3. περὶ τῆς ἀκοῆς πίστεως loquitur: & nè viderent Chriſtum coràm depictum & crucifixum, quod eſt oculorum. Latina vox *faſcinum* à Græca φασκαίνω deducitur, quod

quod appendebatur collo infantium, & currui triumphantium Imperatorum invidiæ averruncandæ, ut ex Plinio patet, apud quem fascinus non modò *infantium custos*, sed etiam *Imperatorum Deus, Invidiæ medicus*, eleganter dicitur.

3. Ἐναρξάμενοι πνεύματι] Loquendi forma, ut multæ aliæ apud Paulum, à mysteriis petita; Ἐναρξάμενοι *initiati*, ἐπιτελούμενοι *perfecti*. Lex nihil perficiebat, sed erat veluti Christi rudimentum & minora mysteria, μικρὰ τελετή· Pædagogus, ut postea dicitur: ἀρχή, quæ dividitur ἀπὸ τῆς τελειότητος, *à perfectione*, initio cap. 6. ad Hebræos. Mens est; Vos initiati fuistis Evangelio per Spiritum; quæ vos igitur dementia cepit, velle consummari per opera Legis & mandati carnalis, cùm Lex omnino contrà se habeat? Lex enim est ἀρχὴ Χριστοῦ, Christus verò τέλος νόμου· vos autem ità vos geritis, quasi Lex esset finis atque perfectio, Christus verò initium: nihil est autem absurdius. De voce ἐπιτελεῖσθε vide Chrysostomum ad locum, & Biblia mea Gallica.

23. Εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι] Et prior & posterior Christi adventus ἀποκάλυψις vocatur: prior hoc loco; posterior Rom. 8. com. 18. eâdem loquendi formâ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι· atque hinc est quòd uterque Christi adventus ἐπιφάνεια vocatur Epistolæ ad Titum cap. 2. Prior dicitur ἐπιφάνεια τῆς χάριτος, com. 11. posterior ἐπιφάνεια τῆς δόξης, com. 13. Hoc autem loco prior dicitur ἀποκάλυψις τῆς πίστεως· nimirum Lex erat velum sub quo latebat Fides, quemadmodum corporis mors quasi velum est sub quo latet gloria filiorum Dei: & quemadmodum velum

lum illud prius Templi Legalis per Christi mortem atque resurrectionem scissum atque sublatum est; ità & posterius tolletur aliquando per omnium fidelium, hoc est, Christi totius resurrectionem, quæ resurrectio ideo dicitur ἀποκάλυψις τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ, Rom. 8. 19. Confer omnino insignem locum Esa. 25. 7.

26. Πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστε] Dixit υἱοὶ, non παῖδες· παῖδες enim sunt *pueri*, hoc est, infantes aut servi; utrumque *puer* significat in omnibus linguis: & cùm ipse Christus παῖς dicitur, servus intelligitur. Lex igitur παιδαγωγὸς, ministra eruditrix filiorum Dei, sed infantium: nos autem jam sub Evangelio, custode remoto, & Lege illâ plagosâ sub qua quodam velut Orbilio ἐφρυάμεθα συγκεκλεισμένοι, sumus υἱοὶ Θεοῦ, hoc est, filii adulti & majorennes, & velut emancipati, non ampliùs παῖδες, hoc est, infantes aut pueri, qui more servili habebantur.

Cap. IV.

6. Ἀββᾶ Πατήρ] More lallantium puerorum, ut interpretes putant, & balbutientium. Mea longè aliter ratio est, qui tam hic quàm Rom. 8. adultos filios & ætatis maturæ intelligendos video. Præstat omnino, Ἀββᾶ hîc aliis de causis positum agnoscere, cùm præsertim Christus, qui puer non erat, sed adultus & perfectus Dei Filius, *Abba* dicat cùm Patrem invocat in Evangelio. Huc facit vox κράζειν, quæ est robustorum, non tenellorum. Porrò hîc alluditur mos Judæorum, apud quos nec servi nec ancillæ compellationis illo

illo genere utuntur, *pater*, seu *Abba*, *mater*, seu *Imma*, ut patet ex Gemara ad titulum de Benedictionibus. Κεάζομεν autem appositè dictum, tum quia servi mussant, nec audent vocem tollere; tum quia Ἀϛᾶ signat βολὼ apud Hesychium.

Cap. V.

12. Ὄφελον κ) ἀποκόψονϛ)] Intelligit παντάπασι καταπόπτεσθαι, ut Græci loquuntur, totâ parte illâ, quâ nominare vetat Apostoli pudor, mulctari; non circumcidi pelliculam. Digni sunt quibus demetatur, quò magis glorientur, qui tam gloriantur circumcisâ. Vide quæ dicimus ad Philip. 3. 2.

Notæ in Epistolam AD *EPHESIOS.*

Cap. I.

4. Καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ] Rectè dici possumus in Christo, sive per Christum, electi. Clemens ad Corinthios sub finem, Ὁ ἐκλεξάμενος τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ εἰς λαὸν περιούσιον. Attamen haud solet Scriptura dicere nos in Christo electos, sive per Christum, ut neque nos in Deo Patre servatos, sive apud Deum: quanquam dici potest utrumque; tamen Scripturæ mos est electionem nostram consilio & beneplacito Dei Patris attribuere ante jacta mundi fundamenta, salutem autem nostram describere tanquam partam nobis in Christo ac per Christum in tempore. Quidni dicamus igitur hoc loco ἐν αὐτῷ spiritu non leni, sed aspero insigniendum, & *in seipso*, non autem *ipso*, interpretandum esse, ut non ad Christum, sed ad Patrem referatur, qui nos in tempore benedixerit in Christo, quemadmodum nos ab æterno ad id elegerat in seipso? Quod ea quæ sequun-

ſequuntur ſtatim & continenter mihi perſuadent, Προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν, *in ſeipſum* (quod omnino eſt idem cum ἐν αὐτῷ *in ſeipſo*) κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ· ubi αὐτοῦ ter ſpiritu aſpero affi-citur. Sicut autem Deus hîc dicitur prædeſtinâſſe nos *in ſeipſum*, hoc eſt, *ſecundùm beneplacitum voluntatis ſuæ*, ut nos adoptaret in Chriſto: pari planè pacto dictus eſt antehac, idque immediatè, benedixiſſe nos omni benedictione (quo in cenſu præcipua eſt adoptio) *in Chriſto*, quemadmo-dum nos elegerat in ſeipſo. Nihil videtur cla-rius: clariora tamen quæ ſequuntur commate 9, & 10. quæ vix ullum dubitandi locum relinquunt; Κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ, *in ſe-ipſo*. Nam quid tandem aliud eſt illa προέθετο ἐν αὐτῷ, *propoſitum in ſeipſo*, quàm ἐκλογὴ ἐν αὐτῷ, *electio in ſeipſo*, de qua commate quarto? Quod inſuper illuſtrius fiet, ſi ſpectemus ut Paulus toto paſſim capite dicat beneficia ſpiritualia, quæ no-bis Deus decrevit *in ſeipſo*, id eſt, apud ſeipſum, *ab æterno*, contigiſſe nobis *in Chriſto*, id eſt, per Chriſtum, *in plenitudine temporum*, de qua com-mate 10. Ac primò quidem *in univerſum*, cùm ait benedictiones omnes in nos à Deo Patre corri-vari per Chriſtum ἐν Χριστῷ· ſed juxta electio-nem quam inſtituerat ante jacta mundi funda-menta ex mero beneplacito *apud ſeipſum*: nam ſic reddendum eſt illud ἐν αὐτῷ. Deinde *in ſpecie*, tum *adoptionem*, quam nobis ait contingere διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, quod antea dixerat ἐν Χριστῷ· ſed εἰς αὐτὸν, quod antea dixerat ἐν αὐτῷ *in ſeipſum*, vel *in ſeipſo*, v. 5. tum *redemptionem*, quam nobis ait

per Christum partam, sed juxta divitias quibus in nos exundavit gratia Dei Patris; Ἐν ᾧ (Χριστῷ) ἔχομεν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, v. 7, & 8. Subindè *notitiam* redemptionis illius ac mysterii, & dispensationis quâ Deus omnia coëgit sub capite Christo per ipsum Christum, idque in plenitudine temporum, sed juxta beneplacitum quod proposuerat in seipso, nempe καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ ante jacta mundi fundamenta, ut antea dixerat, quod idem nunc dicit, διὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ, v. 9, & 10. Denique verò *sortem hæreditatis*, quam nos quidem sortitos in Christo dicit, sed prædestinatos & electos juxta propositum ejus qui omnia operatur διὰ βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, Dei Patris, v. 11. Quid jam supereſt quàm ut hinc efficiamus Paulum dicentem, quemadmodum elegerat nos ἐν αὐτῷ, Patrem ipsum intelligere, non Christum, in quo Christo benedixit quidem nos Pater omni benedictione cœlesti, sed prout ab æterno elegerat nos *in seipso*? Sic non levem difficultatem, quæ magnos viros habuit exercitos in hunc locum, uno spiritu profligamus. In veteribus autem Novi Fœderis codicibus constat spiritus appingi nullos, quod aut nescire aut agnoscere nolle sciolorum est. Porrò, quid proclivius mutatione spiritûs lenis in asperum, & contrà? Sed nec opus. Ἐν αὐτῷ etiam sic, leni spiritu notatum, reddi potest *in seipso*, quasi ἐν ἑαυτῷ. Quippe sicut Cicero in ea pro Dejotaro *ab illo* pro *à se* posuit; ità Clemens Pædagogo, Χείρων αὐτὸς αὑτοῦ, idémque Protreptico, Αὐτὸς αὑτῷ φαίνεσθε, adhibuit αὑτῷ etiam cum spiritu leni, consentientibus manuscriptis,

scriptis, pro ἑαυτῷ. Nè quis autem caussificetur obrepere potuisse mendum in manuscriptos omnes, Aristoteles ad Nicom. habet ζῆν κατ' αὐτὸς, pro ζῆν καθ' ἑαυτόν: quod jam dubio caret. Nazianzenus, Ὁρῶν ἡ Τ ἡμῶν κίνησιν ἐπ' αὐτὸν, pro ἐφ' αὑτόν. Autor tandem ad Hebr. 6. 7. Γῆ γὰρ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς ἐρχόμενον ὑετὸν, pro ἐφ' ἑαυτῆς, ut liquidò patet. Nihil igitur omnino impedit quò minùs ità Paulum interpretemur; *Deus benedixit nos in Christo, quemadmodum elegerat nos in seipso*, &c. sive, *apud seipsum.*

10. Ἀνακεφαλαιώσῃ τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ] Dictionarium Ecclesiasticum jam sæpius, nunquam nimis, laudatum, Ἀνακεφαλαιῶσθαι, ἀναπληροῦν, ἀναπλάττειν. Optimè, quantum judico, & apprimè ad Apostoli mentem hoc loco; In plenitudine temporum, creatione novâ, omnia collecta iterum sub uno capite Christo, ut quondam sub Adamo. Hesychius, Ἀνακεφαλαιῶσθαι, ἀναπληροῦσθαι. Nempe sicut post omnia creata sanctius animal cæteris dominaturum deerat adhuc: ità nunc ad creationem novam omnia matura & consummata, hominibus & Angelis deerat solum caput, Christus Dominus, ejúsque Spiritus. Hinc plenitudo corporis in plenitudine temporum. Vox κεφαλαίωσις raro quidem, at apud autores optimos, Photium, Artemidorum, alios, usurpata invenitur ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, *pro capite* corporis humani: nec aliter, opinor, interpretari debet apud Chrysostomum Homil. 38. in 1 Cor. Δεικνὺς ὅτι περὶ τὸ κεφάλαιον ἡ πληγή: quod pace dixerim doctissimorum ejus interpretum. Nec felicius interpretes Plutarchi Pericle, ubi dicunt se non videre cur Amiotus nostrâs

reddiderit μαχάρις *longue teste*. Res minimè tamen obscura. Nimirum μακρὸν κάρα falsè subinnui rectè conjecit. Nec meliùs viderunt quid sit κεφάλαιον ibidem; quod ineptè *princeps* redditur. At nec Latino verbo uno jocus ille reddi potest. Pericles hoc habuit commune cum Thersite, ἀσυμήκη κεφαλὴν καὶ ἀσύμμετρον. Eupolis aliquid interrogabat de singulis Demagogis ascendentibus ex inferis, quorum ultimus erat Pericles, de quo sic interrogat, Ὅτι, τὸ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες; *Quod nobis caput summum ex inferis reduxisti?* Nam κεφάλαιον ultimum signat colophonem; ut *summus* pro *ultimo* apud Latinos. Gregorius Theologus de Constantino, Καλὸν ἐπὶ καλῇ βασιλείᾳ κεφάλαιον ἐπιθείς. At Eupolidis frigidum esset scomma, nisi κεφάλαιον præterea *caput* significaret, quod Pericli deforme contigerat: ut manifestum est ex tota orationis apud Plutarchum serie. Sed alios testes producere supervacaneum reor, cùm apud ipsum Evangelistam legamus κεφαλαίων, pro ἐν τῷ κεφαλαίῳ τύπτειν, id est, ἐν τῇ κεφαλῇ, Marc. 12. 4. Vox est Grammatica, ut patet ex Hesychio in Ὦ, quod ait esse interdum ἐπαναφαλαιωτικόν. Philosophus etiam in Metaph. συνάγειν τὸ κεφάλαιον dixit de conclusione, quam Græci συναγωγὴν eleganter vocant. Porphyrius συγκεφαλαιῶδες pro eodem posuit. In Musica Ptolemæi MS. postquam Archytæ Pythagor. multa retulit egregia, Εἰπὼν δὲ καὶ ἄλλα περὶ τῶν διαστημάτων καὶ τῆς φωνῆς κίνησιν, συγκεφαλαιοῖ τὸν λόγον. Plato κεφαλαιώσασθαι dixit id quod est Aristoteli συλλήβδην λέγειν. Rhetores passim usurpant. Omnes ab Arithmetica mutuati sunt, in qua τὸ Κεφάλαιον *Summa*. Sed quid obstat quò minùs

Paulus

Paulus è trivio & abaco hanc vocem traduxerit in cœlestem sensum & diviniorem nomenclaturam, quod est ei solemne? ut idem hîc dicatur quod iterum hoc ipso capite, Καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, (ut olim Adamo Psalm. 8.) ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ· nec aliud sit ἀνακεφαλαίωσις quàm *cogere* omnia *iterum sub* uno *capite*? Sed ità ut hic actus postremus omnium sit consummatio, & conclusio totius operis, nova σωτηρία.

19. Τῆς δυνάμεως, &c. καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ] Eustathius Iliad. γ'. vocat ὀμπνευσιν πανυδυνάμων λέξεων, quæ apta est affectibus. Ad illud Poëtæ,

Πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν,
Πᾶσι δὲ σημαίνειν,

Scholia MS. eximia jam laudata, Ἴδιον τῆς θυμοῦ μὴ ἐπαναπαύεσθαι τὰ αὐτὰ ἀεί ποτε γὰρ οἷον τε ἱκανὸν εἰρηκέναι. Helladius apud Photium, Ὀργιζομένου ἔστι τὸ τὰ αὐτὰ πολλάκις λέγειν· καὶ γὰρ τὸ τῆς ὀργῆς πάθος ἄγονον· *non generat*, ut loqueretur Quintilianus; *conceptu*, ut vulgò dicimus, caret: atque ideo, inquit, Agamemnon iratus Chalcanti, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ῥήμασι τὴν βλασφημίαν ἐπιφέρει, cùm ait, Μάντι κακῶν, &c. bis ac ter ταυτολογῶν. Sed & extra affectus, ut in illo alterius Principis Poëtarum,

Quem si fata virum servant, si vescitur aurâ
Æthereâ, nec adhuc crudelibus occubat umbris.

Neque vacabat affectu Paulus in orationis fervore zelo Dei flagrans, & extra se raptus præ admiratione. Scripsisse tamen eum existimo juxta

Hebræorum consuetudinem, qui pro superlativis, quibus carent, modò eadem repetunt, modò synonyma congerunt. Huic enim plane geminum observavi cumulum apud Chaldæum Paraphrasten ad Esa. 53. 1. וזקף דרע גבורת אדני על-מן אתגלי אדת כרון, *Et robur brachii potestatis Domini nunc cui revelatur?* quem Paraphrasten à Paulo lectum, alia non pauca sunt quæ mihi persuadent.

Cap. V.

18. Καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία, ἀλλὰ πληροῦσθε ἐν πνεύματι] Lex Minoïs, Μὴ συμπίνειν ἀλλήλοις εἰς μέθην. Nec οἶνος hîc vetatur, sed παροινία· frustrà enim est Mnesithei apud Athenæum περὶ κωθωνισμοῦ Epistola, docens quomodo citra offensam animi & corporis inebriari possis. Vertendum igitur ἐν ᾧ, *qua in re*; nam in ipso vino nulla inest intemperantia: nisi malumus vino hîc opponi quæsrtaliud sed cœleste vinum Spiritûs, in quo nulla potest unquam esse ἀσωτία, quantumvis eo pleni simus. Οἶνος ἐμπνεύματος, præsertim de novo, dicitur Dioscoridi. Sic Luc. 1. 15. Καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ, καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται. Quæ similitudo convitio locum dedit, cùm essent πλησθέντες πνεύματος ἁγίου Apostoli, ὅτι γλώσσαις μεμεστωμένοι εἰσὶ, Act. 2. 4, & 13. ubi vides, πλησθέντας & μεμεστωμένους quæ duo idem signant. Nec aliter accipio μεθύσκεσθε & πληροῦσθε. Sensus idem foret si dixisset Paulus, Nolite *impleri* vino, sed *inebriamini* Spiritu. Nam & οἶνος μέθη proverbium.

bium. Virgilius, *Implentur veteris Bacchi*-- Hesychius, Μεθύει, πιπλήρωϑ. Idem, Μεθύσκομαι, πλησθῆναι. Nonius Marcellus *ebrium* dici qualibet re *plenum* probat ex illis Varronis, Eumenidibus, *Scholasticus aures scholicâ dape ebrias.* Non malè igitur hîc verteris, *Nec replemini vino* intemperanter. Nam sic Psal. 23. 5. *Calix* Dei רויה *abundans*, reddiderunt LXX μεθύσκον· sic enim legendum, ut in optimis; non μεθύσκον με, ut in plerisque legitur exemplaribus. Nempe sicut *abundans* de quavis re, sed de aqua primò dicitur, unde apud Poëtam, *flumen abundans*, κυκλοτερεῖϑ· ità μεθύσκεσϑαι, *inebriari*, primùm de vino, deinde verò de re qualibet, etiam de aqua. Sic Esaiæ 58. 11. רוה *hortus irriguus*; LXX. κῆπος μεθύων. Habes apud eosdem de pluvia Psal. 65. 10. sed & de nive Esa. 55. 10. & apud Sirac. 39. 27. de diluvio, *inebriavit aridam*, ἐμέθυσε. Quicquid penitus imbutum est, dicitur ebrium; ut gladius *latrociniis ebrius* Tertulliano, & *sanguine* inebriari sæpe apud Prophetas, & sagittas *inebriare*, רשכיר, μεθύειν, Deut. 32. 42. Nempe vinum est sanguis terræ: αἷμα σταφυλῆς Æschylo, & 1 Maccab. 6. Sic & vestis bis tincta fuco & ostro dicitur *ebria Sidoniæ sanguine conchæ*, Martiali & Sidonio. Arbiter,

Vilis adulator picto jacet ebrius ostro;

quasi dicat, *Ipse veste illâ magis tinctus, magis ebrius. Sobria* verò lana dicebatur, quæ coloris erat ἀμεθύστου, seu violacei. Plinius, *Causam nominis Amethysti afferant, quòd usque ad vini colorem accedens, priusquam eum degustet, in violam desinit. Bonam* commemorat ebrietatem Bernardus, *sobriam*

briam Auguſtinus, *ſanctam* Plato. Bernardus; *Eſt aliquod bonum, Inebriamini.* Auguſtinus Confeſſ. 5. 13. de Ambroſio; *Cujus eloquia ſtrenuè miniſtrabant adipem frumenti, & lætitiam olei, & ſobriam vini ebrietatem populo tuo.* Plato συμπόσιον τῶν ὁσίων deſcribit ex Muſæo, in quo juſtos coronatos ait ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας· & addit ex eodem & Orpheo, κάλλιον ἀρετῆς μισθὸν μέθυ ἀιώνιον, De Repub. lib. 11. Philo, alter Plato, Τρόπον τινὰ μεθύσιν οἱ νήφοντες, τὰ ἀγαθὰ ἀθρόα ἠρεφισμένοι, καὶ τὰς περιπόσεις παρὰ τελείας ἀρετῆς δεξάμενοι· οἱ δ' ἅπαξ ὅτε μεθύοντες μέθυ, ἄγνωστοι φρονήσεως διετέλεσε, νηφάλιον σωφροσύνην καὶ λιμὸν αὐτῆς ἄγοντες. Vix aliter Photius de Paulo, cùm optavit eſſe pro fratribus anathema, exclamat, Ὦ γνώμης ἄκρατον τῆς ἐξ αἵματος πρόνοιαν μεθύσης. Dicitur enim de quovis affectu, cùm efferveſcit, μεθύειν τῷ πάθει, ut loquuntur Chryſoſtomus & Baſilius Seleuciæ. Clemens Alexandrinus 1 Strom. de Iſaaco, Σοφίας ἀκράτου ἅπασας ἐπιστάμη καὶ διετελέσθη μεθύων ἀεὶ μετ' ὀρθότητος λόγου νήφοντος μέθυ.

CAP.

Cap. VI.

15. Καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης] In via pacis pro calceis Evangelium pacis. Cujus pacis? cum Deo: nam in hoc bello cum tali, qualem suprà descripsit v. 12. nulla unquam pax. At cur *pedes præparari* dicuntur magis quàm caput aut pectus? Pedes sunt quædam quasi columnæ corporis, calcei basis & fundamentum, hoc est ἑτοιμασία. Nam Hebræis כון *præparare* juxtà & *fundare* significat. Ità Prov. 8. 27. *Quando præparabat cœlos*; statim subjicitur ἐστηριζε, ut in libris Propheticis, ac potissimùm Poëticis fieri solet, *quando æthera firmabat sursum*: & Psal. 24. 2. de terra, *Super maria fundavit eam, & super flumina præparavit eam*; ubi pariter posterius hemistichiũ interpretatur prius. Hinc lux fortè aliqua Matth. 25. 34. *regnum præparatum*, i. e. *fundatum*, ante jacta mundi fundamenta. Quod rectè conveniet in decretum Dei: nam Hebræi יסד *fundare* dicunt de consilio.

Notæ

Notæ in Epistolam AD PHILIPPENSES.

CAP. I.

21. Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος] Melior & antiquior distinctio, juxta quam vertas, *Vita mihi Christus, & mori lucrum.* Non est vivere, sed vivere Christo, vita: nec longiorem in vivis moram lucro appono, sed ipsum mori. Veteres omnes ità distinguunt, excepto Theodoreto. Menander lectus Paulo τὸ ζῆν pro *vita* posuit;

Πολλῶν ἥμισυ ὅτι τὸ ζῆν φρονίδων.

Nec modò pro vita, sed pro vita beata:

——τοῖς μὲν γὰρ μόνοις ἐκεῖ
Ζῆν ὅτι· τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά.

Contrà Mecœnas,

Vita dum supersit, bene est.

Lucianus, Οὐδενὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος· quasi contra Paulum scripsisset. Socrates Apologiâ, Si mors nox perpetua sit, veluti somnus absq; insomnio, nullúsque supersit sensus, θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη, inquit, ὁ θάνατος. Et paulò pòst, Εἰ ἓν τοιοῦτον ὁ θάνατός ἐστι, κέρδος ἔγωγε λέγω. Idem in Phæd. dixit,

Ἑρμαιον

Ἕρμαιον ἂν λῷ τοῖς κακοῖς ἀποθανεῖσι. Himerius Sophista, Polemarchico nondum edito, cujus uſuram debemus optimo & eruditionis exactiſſimæ Pricæo, Πλεῖον τοῖς ζῶσιν ἢ τοῖς τελευτήσασι προξενεῖ κέρδος τὰ δράγματα. Apud Euripidem Iphigeniâ,

——Μαίνεσθ' ὃς εὐχεσθ'
Θανεῖν' κακῶς ζῆν κρεῖσσον ἢ θανεῖν καλῶς.

Ejuſdem verſus ille eſt,

Bene moritur, qui dum moritur lucrum facit.

Ob quem & ſimiles aliquot, populus actorē cum fabula exegiſſet, niſi Euripides autor enixè petiſſet ut exſpectaretur exitus fabulæ. Vide Senecæ Ep. 115.

Cap. II.

6. Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ] Plauſibilis interpretatio, *non tropæum duxit*; ſed, aut ego vehementer fallor, quæ ſe magis Francis, quàm Græcè doctis auribus probet. Reſpicit, opinione meâ, veterum Apotheoſes, in quibus rapi dicebantur ex ſolio in cœlum Cæſares, & inter Deos referri. Verè poterat Chriſtus, in forma Dei cùm eſſet, nec tantùm in forma Regia, ſe terris oſtendere, ac poſtmodum in cœlum raptu quodam ſubvolare, ac Divinos honores conſequi. Maluit ex forma ſervili, non imperatoria, & ex Cruce, non ex Throno, in cœlum ſcandere, ac Divinum nomen adipiſci, ut exemplum profundiſſimæ humilitatis ederet. Non ità raptus eſt Paulus, ſed vivus & raptu temporario, unde tentatio ad ſuperbiam. Chriſtus per mortem Crucis,

&

& quasi gradatim, evectus, ut post illam ταπείνωσιν ad dextram Patris æternùm sedeat. Plutarchus, Romulo sub finem; Σέσθαι Ῥώμυλον ὡς ἁρπαζόμενον εἰς Θεούς. Lucanus de eodem,

——*& rapti secreta Quirini.*

Ovidius de alio,

Interea hanc animam cæso de corpore raptam
Fac jubar.

De aquila quâ rapi & subvehi credebantur animæ Cæsarum, quos ideo *rivales Deorum* falsè Satyricus dixit, visendus Herodianus lib. 4. Hinc illæ quadrigæ, hinc brachium cœlitus exsertum, quibus anima Constantini Magni rapitur in cœlum, eo in numismate quo signatur ejus Apotheosis, Ethnicorum rituum λείψανον. Qualia fuere multa, ut Jani templum etiam sub Christianis Imperatoribus clusum. Sed de his alibi.

11. Καὶ πᾶσα γλῶσσα] Non tantùm Spiritus cujusvis ordinis, sed etiam homines cujusvis linguæ. Ut Magistri sciverunt fas non esse Sacerdoti benedicere populum nisi linguâ sanctâ; ità dogma Talmudicum fuit, Angelos *ministerii*, quos nomine ἀπὸ ἐπιγείων complexus est Apostolus, non sese immiscere precibus, nisi Hebræâ linguâ conceptis. Habetur in Talm. tract. de Benedict. cap. 11. Nunc, ut omnes Angeli sunt ministratores, Heb. 1. ult. ità omnibus se precibus pariter immiscent: nec tantùm illâ sanctior, sed quævis lingua confitetur Jesum esse Dominum. Nec ignoro inter Rabbi Levi & Rabbi Jose ortum certamen, cùm ille nollet Cæsareenses Græcè legere; hic satius esse diceret Græcè legere quàm omnino non legere. Sed hæc intelligenda

sunt

ſunt de quibuſdam tantùm partibus Liturgiæ, inter quas Benedictio menſæ, teſtium juramenta, ſed & Preces. Quas magìs probabant celebrari etiam linguâ exoticâ quàm omnino non celebrari: ſed hoc interea privilegium erat linguæ Sanctæ, quòd hâc tantùm linguâ conceptis precibus Angeli ſeſe immiſcerent.

Cap. III.

2. Βλέπετε τὴν κατατομήν] Quia περιτομῆς nomen in veneratione Judæis fuit, κατατομὴν dixit, non περιτομὴν, Paulus, odioſo vocabulo. Nam κατατέμνεσθαι propriè dicebantur Matris Deorum Sacerdotes. Nonnus Synagogâ hiſtoriarum de Rhea; Ταύτῃ ὃν τὰς τελετὰς ποιοῦντες οἱ Φρύγες, καὶ τέμνον ἑαυτὲς μαχαίρῃσι, οὐκ ἀποκλεῖναι ἐθέλοντες, ἀλλὰ μόνον αἱμάξαι. Huc reſpexiſſe Paulum minùs mirabitur qui notârit hæc ejus verba ſcribentis ad Galatas, quorum in partibus etiam Galli fuere, ὄφελον καὶ ἀποκόψονται. Liberrima vox. Hieronymus, *Utinam non ſolùm circumcidantur*, ſed *abſcindantur: ſi enim exſpoliatio membri ſufficit, multò magìs abolitio.* Nec aliter Chryſoſtomus, Utinam pars illa, cujus circumciſionem tanto opere urgent, non ſolùm *præputietur iis*, ſed etiam *amputetur*, ut Gallis. Alioqui περιτομὴν certum eſt vocem non ignotam etiam Gentilibus fuiſſe, ut Scythæ Rege mortuo βεγχίονα περιτέμνονται apud Herodotum: & apud Sanchoniathonem Saturnus τὰ αἰδοῖα περιτέμνεται. Sed illa Phrygum propriæ carnis inciſio & ſectio ſtolida, κατατομὴ dicebatur.

Levit.

Levit. 19. 28. & 21. 5. reddidere LXX. Ἐπὶ τὰς σάρκας αὐτῶν κατατεμῶσιν ἐντομίδας. Est & Musica vox, nec raro apud Ptolemæum ἐν τοῖς Ἁρμονικοῖς occurrit ἡ δὶς διὰ πασῶν κατατομή. Glossarium, Κατατομὴ, *concisio*. Rectè, nè pereat lepos paronomasiæ: alioqui *lanienam*, *charcuterie*, non malè dixeris. Vide Suidam voce Ἐγκράτεια.

3. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομὴ] Quod κατατομὴν in morem paronomasiæ opponit τῇ περιτομῇ, non est frigidum existimandum. Nam & alibi sermonem suum condivit hoc sale gratiæ, ut Rom. 1. 31. ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, & 2 Cor. 4. 8. ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι, & ad Hebr. 5. 8. ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε· sic Actor. 8. 30. Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; Scimus hoc schema quidem haberi vulgò parùm dignum gravi Scriptore. Plato tamen, ut alios nunc omittam, eo usus est & alibi, & X. de Rep. Ἀλλ' ἔμοιγε σοὶ Ἀλκίνου γε ἀπόλογον ἐρῶ, ἀλλ' Ἀλκίμου μὲν ἀνδρὸς, πρὸς τῷ Ἀρμενίῳ· quod cùm in eo inter alia reprehenderetur, sic ejus defensionem instituit Proclus, Commentario inedito ad Platonis X. de Rep. Τῷ δὴ Κλώτῳ ψυχρολογοῦντι καὶ τὴν λέξιν ὄντως, καὶ ὅτι καλῶν τὴν εἰσβολὴν τοῦ διηγήματος, ὡς μειρακιώδει, διὰ τὸ Ἀλκίνου τε καὶ Ἀλκίμου παρόλληλα κεῖσθαι ὀνόματα, καλῶς μὲ καὶ ὁ Πορφύριος αὐτὸν ἀπερράπισεν ὡς ἄγευστον λόγου γεωφικῆς καὶ σεφικῆς χάριτος, καὶ Μούσης Ἀττικῆς. Plutarchus de Platone dixit, eum προσπαίζειν τοῖς ὀνόμασι· qui tamen Plato *Philosophorum Deus* dicitur à Tullio, & *Deus ille noster*; ejúsque *sermone Jovem, si loqueretur, usurum*, à Bruto scriptum est.

19. Ὧν θεὸς ἡ κοιλία] *Abdominis voluptates*, ut Cicero loquitur in Pisonem; & Plutarchus

Περὶ

Περὶ Τύχης, de Lasthene & Euthycrate, Τῇ γαστρὶ μεμῶντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν. Alexis Ἀσωτοδιδασκάλῳ nequitiæ Magistro,

——Γαστρὸς οὐδὲν ἥδιον
Ἄυτη πατρὸς ζοι, καὶ πάλιν μήτρας μόνη.

Hieronymus in Amos cap. 4. *Unusquisque adorans vitia sua atque peccata, Deum habere cupit à quo victus est, docente Petro Apostolo,* A quo *enim* quis superatur, hujus & servus est. *Avarus aurum, gulosus ventrem, libidinosus penem & Beelphegor colit: lasciva mulier, cùm in deliciis mortua est, adorat mortuas voluptates.* Idem, *Venter cibis plenus citò despumat in libidinem.* Cicero iterum pro Cœlio, *Nulla conviviorum & lustrorum libido; quodquidem vitium ventris & gutturis non minuit ætas hominibus, sed etiam auget.* Vide Nazianzenum Carminum Iambicorum paginâ 191 extremâ.

Notæ in Epiſtolam AD *COLOSSENSES.*

Cap. II.

3. Ἐν ᾧ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ, &c. ἀπόκρυφοι] Theſauri abſconditi vel in terram defoſſi, Luc. 19. 20. ut occultæ Muſicæ, reſpectus nullus. Siracides 20.32. Σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανὴς, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; Ptolemæus Philadelphus apud Epiphanium, Judæis Biblia Hebraico charactere ſcripta offerentibus, Θησαυρῷ κεκρυμμένῳ καὶ πηγῇ ἐσφραγισμένῃ, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; Non igitur facilè mihi perſuaſerim à Paulo dici abſconditos in Chriſto theſauros ſapientiæ: dixiſſet enim ἀποκεκρυμμένοι εἰσί. Jam verò dixit, Ἐν ᾧ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας οἱ ἀπόκρυφοι· nam ità ſupplendus eſt articulus, ut alibi non rarò; *In quo* (Chriſto) ſunt jam exprompti & expoſiti palàm & apertè revelati *theſauri ſapientiæ abſconditi* olim ſub Lege veteri. Patent jam exhibiti, qui latebant hactenus quaſi prohibiti. Totâ hâc Epiſtolâ docet Apoſtolus, jam nudata & in lucem producta eſſe per Chriſtum, & ipſis νηπίοις notificata, quæ ſeculi Sapientibus

pientibus abſcondita fuerunt. Noviſſimè dixerat, Πάντα πλοῦτον τῆ πληροφορίας τῆ συνιέσεως εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μυστηρίου τοῦ Θεοῦ. Quid, quæſo, ſunt illæ *divitiæ in cognitionem myſterii Dei*, niſi *theſauri intelligentiæ*, nunc revelati, ſed olim *abſconditi*, de quibus continenter. Poſtmodum dicet *habitare* in Chriſto *plenitudinem omnem Deitatis* σωματικῶς, hoc eſt, non in umbra, quaſi nube, abſconditam, ſed aſpectabili jam in carne, ac in re ipſa, & imagine vivâ quaſi tractabilem. Commodiùs igitur abſque ullius trajectionis moleſtia vox ἀπόκρυφοι interpretabitur ὡς κεῖται, & eam retinebit ſedem in qua collocata eſt; ut ſenſus hic exſiſtat, *In Chriſto ſunt* & habitant in plenitudine ſumma *theſauri omnes intelligentiæ abſconditi* ſub Lege retrò ſeculis, qui propterea dicuntur μυστήριον, *res abſcondita*. Nec procul petenda eſt huic rei (probatio dicam? an) demonſtratio. Capite præcedenti, verſ.26,27. Τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον *abſconditum*, quando? ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν. Sed hæc olim fuere: νῦν δὲ φανερωθεὶν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Quid clarius? non igitur abſconditum in Chriſto. Pergamus; Οἷς ἠθέλησεν ὁ Θεὸς γνωρίσαι τίς ὁ πλοῦτος τῆ δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅς ἐστι Χριστός. *Notificatæ ſunt* igitur *inter Gentes*, non abſconditæ, *divitiæ gloriæ*, hoc eſt, theſauri ſapientiæ & intelligentiæ hujus *myſterii*, tanquam theſauri abſconditi, ſed extra Chriſtum & ante Chriſtum, inter Judæos. Myſterium enim illud Chriſtus ipſe eſt, non jam abſconditus poſt Epiphaniam ſuam, ſed φανερωθείς. Omnia igitur undique ſuadent ut ità reddere fugiamus, *in quo abſconditi ſunt*. Eſa.45. 3. habes theſauros מסתרים

abſconſionum: atque hinc facta eſt vox *Myſterium*; Hebræo enim fonte cadit: unde & cadere *Saturni* nomen creditur, quia latuit in Latio. Rectè Chryſoſtomus, Τῷ μὲν ὖν Θησαυρὸν εἰπεῖν, τὸ πολὺ δείκνυσι· τῷ δὲ Πάντες, τὸ μηδὲν ἀγνοεῖν· τῷ δὲ Ἀπόκρυφοι, τὸ μόνῳ εἰδέναι· addo, καὶ μόνῳ φανερῶσαι καὶ ἐξηγῆσαι, ex Joan. 1. 18.

18. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβεύετω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων] Latet in hac voce καταβραβεύετω, opinor, acumen eximium haud ſatis animadverſum. Quid ſignificet non diſputo nunc quidem: tantùm contendo non abs re Paulum ſolum inter Scriptores Sacros eâ uſum ſemel aut iterum, ſed non alibi quàm in hac Epiſtola: βραβεύετω (de pace Dei, ut Plutarchus de Cæſare, Οὐ χεῖρον ἐβράβευε τὰ τῆς εἰρήνης) & καταβραβεύετω. Quæ poſterior vox adeò viſa eſt inſolens nec Græcè indocto, nec non emunctæ naris Hieronymo, ut ad Ciliciſmum confugerit. Quod ut non diſplicet, ità quærenda ratio eſt, cur hanc patrii vocem idiomatis non alibi Paulus quàm ad Coloſſenſes uſurpârit, maximè cùm eundem quem hîc ſenſum non rarò aliis verbis expreſſerit. Cur non dixit Rom. 2.1. Ἐν ᾧ γὰρ βραβεύεις τὸν ἕτερον, σαυτὸν καταβραβεύεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ βραβεύων; ſed κρίνεις, κατακρίνεις, ὃ κρίνων· tamen βραβευτὴς eſt κριτὴς, & καταβραβεύειν (nam ſic legendum) κατακρίνειν, Heſychio. Nec quicquam impediebat quò minùs diceret, Σὺ ὃς κατα βραβεύεις τὸν ἀδελφόν σου; ubi dixit, Σὺ ὃς κρίνεις; aut cùm dixit, Οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι, quin diceret βραβεύσουσι. Petrus pariter, ubi dixit τὸν ἀπρόσωπον κρίνοντα, dicere potuit βραβεύοντα· &, μηδὲ ὡς

ὡς καταβραβεύοντες, ubi dixit μηδ' ὡς καταιωρδιόντες. At non erant hæ voces admodum uſitatæ, præſertim in Eccleſia; nec iis Paulus hîc uſus eſſet, niſi propter egregiam commoditatem. Nimirum præter notionem *Judicandi*, ſubeſt iis altera notio *Intercedendi*, quæ mirè facit ad ejus inſtitutum. Notat enim eos qui docebant Angelos eſſe βραβευτὰς *interceſſores* inter Deum & homines, juxta dogma Platonis. Gloſſarium, Βραβεύω, *intercedo*. Heſychius, Βραβεύειν, μεσιτεύειν· Βραβεύει, μεσιτεύει. Idem, Βραβευτὴς, διαλλακτής. Paulus autem καταβραβεύειν dixit, ut alibi καταπρὸ, per deſpectum: aliud enim eſt παραβραβεύειν, & cave confundas; quod nimis multi faciunt. Adeò autem altè radices egerat hic Error, ut nè poſt teran quidem ſecula potuerit avelli. Contra eum enim conditus eſt Canon 35 Concilii Laodiceæ, quæ Metropolis Phrygiæ, ubi & Coloſſi. Damnat ille Canon *Angelicos*: ità enim dicebantur. *Angelici*, inquit Auguſtinus Hæreſ. 39. *in Angelorum cultu inclinati*. Brabeutici quoque dici poterant. Non enim aliter Angelos colebant quàm ut βραβευτὰς, *divinas medias poteſtates*, ut habes apud Apuleium, *inter mortales cœlicoláſque vectores hinc precum, indè donorum*. Quod ex *philoſophia deceptrice*, de qua ſuperiùs, traxerant: ſed & ex Legis admiratione, docente Theodoreto ad hunc locum, Legis defenſores ad cultum Angelorum eos induxiſſe, quòd per eos Lex data eſt, veluti mediatores. Hanc exiſtimo fuiſſe Paulo rationem cur non dixerit κατακρινάτω, ſed inſolentiùs καταβραβεύετω· neque verò κρινάτω vel ἡγείσθω, ſed βραβεύετω, quaſi μεσιτεύετω, ſit vobis pro mediatoribus

bus & Angelis omnibus Dei pax; ut istos, ità ut loquar, *intercessorios* obiter tangeret. Vix aliter dicunt Magistri Judæorum, bona opera & resipiscentiam esse *hominum Paracletos*, hoc est, intercessores & βοηθοὺς, ut diximus ad Joan. 16. 7.

Ibid. "Α μὴ ἐώρακεν, ἐμβατεύων εἰκῇ] Legi posset κενεμβατεύων, si fas esset in his libris uti conjecturâ: nam sæpe contingit, cùm vox præcedens in eandem syllabam exit à qua sequens incipit, ut altera excidat. Sed melius dicam ἐμβατεύειν Paulo positum pro κενεμβατεύειν. Voce Platonicâ utitur contra eos qui Platonicis circa Angelos opinionibus indulgebant, quos hîc tangit. Damascius, ex ea familia Philosophus admirandæ subtilitatis nunquam editus, libro qui inscribitur Ἀπορίαι καὶ λύσεις περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν, ità loqui solet, Μηδέποτε γὰρ κενεμβατεύωμεν εἰς αὐτὸ τὸ ἀδὲν ἀνατεινόμενοι. Et alibi, "Ωστε πιθανώτερον ἂν εἴη τὸ πάσας ἐκπεφυγὰς τὰς ἡμετέρας ὑπονοίας. ἀδὲ τοῦτο ἀδέν ἐστιν. ἔστω δεινὸν τὸ ἀδέν· τὸ μὲν κρεῖττον τῶν ἑνὸς, τὸ δὲ ἐπὶ πάσι. εἰ δὲ κενεμβατεύωμεν πάντα λέγοντες, δεινὸν καὶ τὸ κενεμβατεῖν· τὸ μὲν ἐκπίπτειν εἰς τὸ ἄῤῥητον, τὸ δὲ εἰς τὸ μηδαμῇ μηδαμῶς ὑπάρχον. Idem curam vanam dicit ἄβατον, Ἄβατα γὰρ καὶ ἀμήχανα τοιάδε φερόντες & κενότητα, de nihilo; Περιεπράπη καὶ ἐκινδύνευσεν ἐκπεσὼν εἰς τὴν τῶν ἀνομοιότητων πόντον, μᾶλλον δὲ τὴν ἐννυποστάτου (lego ἀνυποστάτου) κενότητα. Est igitur Damascii κενεμβατεύων idem quod Pauli ἐμβατεύων εἰκῇ· nam sic hunc locum, contrà quàm solet, interpungendum puto. Nec tantùm de iis dicitur qui cœlorum arcana, subducta oculis, animo perturrere satagunt, &, quod eleganter ait Statius,

— *Cœlo mentem insertare vetanti*;

sed

ſed etiam de iis qui relicto cœlo illabuntur terris. Themiſtius, Θεῖαι δυνάμεις ἐπ' ἀγαθῷ τῷ ἀνθρώπων ἐμβατεύσει, ἢ γῆν ἢ θάλατταν καταῦσαι, Orat. 9. Quod in memoriam mihi revocat illud Luciani Icaromenippo, Αἰωρῶ καὶ παμπήλοις βάσιμον ἐπιφαίνων τὸ ἀέριον. Idem quod hîc Paulus propemodum dixit, qui dixit olim,

Cœlum ipſum petimus ſtultitiâ.

Cap. III.

2. Βάρβαρος, Σκύθης] Minimè neceſſe eſt, aut dignũ liberrimo Pauli Spiritu, ità librare Antitheta, ut hæc duo non minùs inter ſe opponantur quàm illa bina quæ præceſſere paria, & illud quod ſequitur: nam ità 1 Cor. 3.22. *Sive Paulus ſive Apollos ſive Cephas, ſive mundus, ſive vita ſive mors, ſive præterita ſive futura*; ubi *mundus* nihil habet cui opponatur. Vide & Rom. 8. ult. Attamen ὁ πάνυ ſub finem Oſſilegii non minùs hîc putavit opponendum *Scytham Barbaro* quàm Judæum Græco, circumciſionem præputio, liberum ſervo: nec dubitavit per vocem Σκύθης intelligere homines minimè barbaros; cùm alii ex adverſo doceant creſcere orationem hoc loco, & intelligi oportere barbariſſimos. At ille duos produxit Autores firmandæ ſententiæ planè novæ, Juſtinum & Herodotum. Ac Juſtinus quidem l. 2. quod vix Græcis longam Sapientum doctrinam, hoc Scythis ait Naturam dediſſe, *cultóſque Græcorum mores inculta barbariæ Scytharum collatione ſuperari.* Nempe ſic hodie dicimus Turcas eſſe probiores pleriſque Chriſtianorum, & in

eroganda eleemosyna promptiores. Nemo tamen propterea Turcam simpliciter positum significare dixerit mitem hominem ac misericordem. Adde quòd ipsa Justini aut Pompeii verba huic adversantur sententiæ; nam *incultâ barbariâ Scytharũ* profitentur. Non igitur ex iis probari potest Scytham opponi barbaro. Herodotus autem lib. 4. in Ponto Euxino ait, ἐνθὸς Πόντε, (quod *circa Pontum* verti non debuit) nihil proferri posse σοφίης πέρι, ὅτε ἄνδρα λόγιον οὐδαμῶν γνώμενον παρὲξ Σκυθικῦ ἔθνεος καὶ Ἀναχάρσιος. Hîc malè pro eodem σοφίαν & λογιότητα reddidit Vir ævo suo Græcarum literarum facilè doctissimus: quam enim σοφίαν hîc intellexerit. Herodotus ipse aperit, cùm industriam & callidum repertum commemorat, quod unicè admiratur in Scythis; τὰ μὲν ἄλλα οὐκ ἄγαμαι, inquit. At hoc maximum ab iis repertum est, ut nemo eorum qui in ipsos incidunt possit effugere; nemo ipsos, si nolint inveniri, deprehendere, cùm nec urbes habeant nec mœnia, φερέοικοι ἐόντες. En sapientiam Scytharum, & cultos mores Nomadum! Quod & subindè terræ uliginosæ opportunitati ac beneficio fluminum attribuit; ut cùm eorum ob illud unum σοφίαν & industriam in tantum extulit, parùm seriò locutus esse videatur. *Quidni planè invicta esset & invia*, inquit, *omnibus gens illa domiporta, quæ non ex aratro vivit, sed ex jumentis, & ex equo jaculatur, & pro domibus habet plaustra?* Seriò autem in primis quæ de Anacharsi subjecit. Herodoto Galenum demus interpretem. Hic alicubi nullos queritur à Scythia unquam Philosophos præter Anacharsin, innumerabiles

rabiles à Græcia fluxisse. Verba ejusdem notanda sunt Ad Artes Protreptico: Ὁρᾷς ὡς ἀδὲν κωλύει τ' Σκύθλιν Ἀνάχαρσιν κ) θαυμάζεσθαί τε κ) σοφὸν ὀνομάζεσθζ, καίτοι βάρβαρ Θ ὢν τὸ γϱ́Θ. ἔτός πο|ε φεὸς πν Θ ὀνειδιζόμν Θ ὅτι βάρβαρ Θ εἴη κ) Σκύθης, Ἐμοὶ μὲν ἡ παῖς ὀνεί|Θ, σὺ δ' τῇ παῖδί. Quod idem exprobratum Demosthenis legimus apud Dinarchum Orat. de Harpalicis pecuniis, ut quoniam matre Scythâ prognatus esset, vocaretur *impurus Scytha.* Apuleius, *Apud socordissimos Scythas Anacharsis sapiens natus est, apud Athenienses catos Melitides fatuus.* Apud Photium, Οἱ Ἕλλ|νες ἀεὶ ἀμείνυς τὰ ἤδη πϱ̀ βαρβάρων· additâ causâ, ὡς τ' εὐκρά|ον οἰκοῦν|ες· at Scythæ & Æthiopes contrariis ex causis τὸ δύσκρατον ἐκληρώσαν|ο, ut si quæ sit apud eos disciplina, sit ἐπείσακ|Θ, non, ut Athenis, ἐκ φύσεως ὑπάρχουσα. *In qua unquam Scythia,* exclamat Tullius, *tam atrox facinus auditum est?* Themistius ex Platone cupiditates ait βάρβαρον φῦλον, ἀνπκαθήμεν γϱ̀ τῷ λογισμῷ, καθάπ ῥ Ῥωμαίοις Σκῦθαι κ) Γερμανοί. De quibus Germanis Tacitus, *Plus valent apud eos boni mores quàm alibi bonæ leges:* tunc autem ità barbaros fuisse Germanos ut vix à bestiis differrent, ipsi confitentur. Laudantur tamen interdum ob innocentiam, ut Scythæ; nunquam ob acumen aut cultum ingenii: quanquam nescio quomodo Scythæ ab innocentia commendari potuerint, qui mortuos (inter alia) parentes, Luciano teste, vorabant, ex Lege quam commemorat Origenes contra Celsum 5. Porrò stoliditas Scytharum velut in Proverbium abîerat. Lucianus, Πεϱὶ τῆς Ἀποφάσ|Θ, Ὡς ἀν|ὸς μὲν Σκυθῶν καλ|αφανέ-

καταφανέστερον γίνοιτο, κομιδῇ ἀπαίδευτον ὄν, καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν. Apud eundem Solon de Anacharsi, Βάρβαρον μὲν, σοφὸς δέ. Quòd si quis pertendet oppositionem admitti debere inter *barbarum* & *Scytham*, ut inter membra reliqua, per *barbarum Judæos*, per *Scytham Gentes* potest intelligere; ut Judæus, circumcisio, barbarus, ἐκ. ἕλλην opponantur Græco, præputio, & Scythæ. Nam Scythæ quia numerosissima gens fuerunt, ex omnibus ferè collecta gentibus, rectè in eos & Judæos potest universus mundus dividi, non secùs ac in circumcisionem & præputium. Judæos autem barbaros dici solitos notius est ex Origene, Clemente Alexandrino atque aliis, quàm ut demonstrari deberet; ut cùm dogma Christianum apud eos legimus à Barbaris duxisse ortum, hoc est, Judæis. De Scythis sufficiet locus Gen. 14. 9. גדעל מלך גוים, *Thadgal Regem Gentium*, sic redditus à Symmaeho, Θαδγὰλ βασιλέα Σκυθῶν.

Ibid. Δοῦλος, ἐλεύθερος] Hoc quoque adumbratum apud Ethnicos invenias, quibus persuasum videtur, servi & liberi nullum esse discrimen apud Deum: itaque coronati servi pariter cum ingenuis supplicabant. Scholiastes Aristophanis ad Plutum, Ἡ ῥᾳθυμοφεία τοῖς εἰς Θεὸν ἀπεσι δούλοις τε καὶ ἐλευθέροις ἰσοτίμως ἐδίδοτο· οὐδὲν πλεονεκτήμα τοῦ τετιμήρτον ἐλευθέροις δωρεμένη, οὐδὲ μὴν δούλοις ὀνειδίζουσα τὸ τῆς τύχης ἀποδεές. Nam quod attinet ad sexum, *nec mas nec fœmina*, satis liquet adjecisse Paulum, quoniam apud Judæos soli mares erant hæredes: non ità in hæreditate Dei in Christo.

Notæ

Notæ ad Priorem AD *TIMOTHEUM.*

I. TIM. III.

15. Στύλος καὶ ἑδραίωμα] Irenæus, fragmento Græco à nobis edito superiùs ad titulum Evangelii, Καπίσπας ἡ ἐκκλησία ὅτι πάσης τῆς γῆς στύλος ἢ καὶ στήριγμα ἐκκλησίας τὸ Εὐαγγέλιον. Areopagita qui dicitur, Αὐτός ὅτιν ὁ τῶν πάντων στάσεως καὶ ἑδρας ἄσπος, ὁ ὡσὲι πᾶς ἕδραν καὶ στάσιν. Columna, stare Veritatem; ἑδραίωμα, sedere significat. Sed sive stet, ut pugnet ac sese tueatur, sive sedeat, ut judicet ac regnet, non alibi stat, nec alibi sedet quàm in Ecclesia. Postquam igitur Paulus Ecclesiam domum Dei viventis vocavit ad Templum Salomonis respiciens; στύλον καὶ ἑδραίωμα vocat eandem, ad columnam respiciens, quæ in Templo illo sedes fuit regia sive thronus. 2 Reg. 23. 3. & 11. 14. ויעמד המלך על העמדו, *Et stabat Rex super columna sua.* LXX. ὅτι τῆ στύλῳ. De Rege novo agitur, cui sua non erat aliter hæc columna, quàm quia Regibus omnibus destinata sedes. Quam columnam sunt, harum rerum scientissimi, qui

qui ſellam fuiſſe dicant in qua ſedebant Principes. Vide 2 Chron. 6. 13. ubi Salomon feciſſe dicitur *baſin æneam* ἕδρανμα, in formam tabernaculi, ſi Joſepho fides, ibíque dicitur ſtetiſſe Rex in ea, & genua flexiſſe, quia precaturus erat: ſed cùm lecturus erat, ſtabat in ea primùm, ſubindè ſedebat; nec legebat niſi ſedens: ומלך עומד ומקבל וקורא יושב, *Et Rex ſtabat, & accipiebat librum, & legebat ſedens*, inquiunt Magiſtri. Quod non ſemel in Talmude reperias, ubi de primo die feſti Tabernaculorum, quod hîc Amſtelodami palmas & citrea mala pulchra vittata geſtantes, dum hæc ſcribo, celebrant. Suggeſtus igitur ille idem columna, idem ἕδρανμα fuit; cui reſpondet Eccleſia, & columen quo maximè nititur, & quidam veluti thronus in quo ſedet cœleſtis Regina Veritas, oracula novæ Legis populis annuntians.

16. Καὶ ὁμολογυμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον] Minora myſteria ſive Catechiſmum rudiorum, ἀρχὴν, στοιχεῖον, habes Hebr. 6. 1, 2. ſex articulis contentum: hîc δὲ τελειότητα, ſive τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ſex pariter articulis comprehenſum. Nam Timotheus inter perfectos. Et hoc & alia obſtant quò minùs alioqui plauſibilem hanc diſtinctionem amplectamur, licèt eam ſequutus videatur Irenæus, loco jam à nobis plùs vice ſimplici reddito, ubi dicit Columnam & ſtabilimentum veritatis eſſe Evangelium. Στύλον καὶ ἕδραίωμα τῆς ἀληθείας, καὶ ὁμολογυμένως μέγα, &c. Quippe *columnam & fundamentum Legis* aut *ſapientiæ* vocant Maimonides aliíque rudimenta Religionis, & præcipua capita quæ jam olim ſub avia Timotheus didicerat. Sic & Arabes peregrinationem religionis

religionis causâ esse dicunt ex *columnis & fundamentis* Mohammedis; hoc est, ex præcipuis & nobilissimis articulis, qui doctrinæ sublimiori veluti subjiciuntur. Nec est insolens à particula καὶ sermonem novum inchoari, ut inchoatur Oratio Menenii Dictatoris apud Livium, & quidam libri Antiqui Fœderis, & quædam capita Epistolarum ipsius Pauli. Nec novus est sermo, sed ab iis quæ præcedunt aptus; accedit enim ad sacrosanctam loci religionem rei tractandæ majestas, quæ nulla sine arcano: Sed hæc olim fuere sub Lege; nunc eò majus apparet hoc mysterium, quòd impunè vulgatum non vilescit: Κοινοποιήμενον ἀ μικροποιεῖϑ, ut veteres locuti. Vox ὁμολογημένως Stoicorum est: ὁμολογημένως ζῆν finis summus iis; & explicatur, καϑ' ἕνα λόγον καὶ σύμφωνον ζῆν· sed hîc à mysteriis Gentilium petitur. Addimus ad loca quæ jam nota sunt hæc Origenis, Rerum philosophicarum libro jam laudato, Βιαϑεὶς . . . . . ἀυτῶν τὰ ἀπόῤῥητα μυστήρια, ἃ τοῖς μυημένοις μὴ μεγάλης ἀξιοπιστίας ἐδαφίδιασιν οἱ πρότερον ὁμολογήσαντες.

Notæ

Notæ ad Posteriorem AD TIMOTHEUM.

II. TIM. I.

6. Ἀναζωπυρεῖν τὸ χάεισμα] Clemens ad Cor. Ἀναζωπυρησάτω ἡ πίστις αὐτῶ ἐν ἡμῖν] Dictionarium Ecclesiasticum, Ἀναζωπυέσαι (rescrib. Ἀναζωπυρῆσαι) ἀνακλίζειν. Alexander Lycopolita, ex Ethnico Manichæus, ineditus, postquam præstruxit hoc verissimum, Ἡ Χριστιανῶν φιλοσοφία ἁπλῆ καλεῖται· αὐτὴ δ' ὁπὶ τῶν τῆ ἤθους κατασκευῶν τῆ πλείστων ὀπιμέλειαν ποιεῖται· addit, Καὶ τὸ εὐσεβὲς χαρακτὴρ ἀνιζάνει αὐτοῖς τοῖς ἤθεσιν, ἀναζωπυρῶν τὸ ἐκ τῆ τοιαύτης συνηθείας συνειλημμένον ἦθος, καὶ κατ' ὀλίγον εἰς τῆ καθῆ αὐτὲς ὄρεξιν ὁδηγῶν. Plato ἐκκαθαίρει καὶ ἀναζωπυρεῖται conjunxit. Irenæus, fragmento superiùs Græcè à nobis dato, Πνέοντας τῶ ἀφθαρσίαν, καὶ ἀναζωπυροῦντας τὸν ἄνθρωπον.

Cap. II.

19. Ὁ Κύριος ἔγνω] Num. 16. 5. ubi Deus respondet Coræ, Dathani & Abironi, legitur quidem ἔγνω apud LXX. at in Hebræo יֹדַע *notificavit*, non יָדַע. Sic explicat Augustinus illud Dei ad Abrahamum, *Novi jam quòd amas me*; hoc est, *feci ut innotesceret.* Vide quæ notavimus ad Rom. 1. 19. Hinc bonus admodum sensus exsurgeret, si redderemus, *Notum facit Dominus qui sint sui*, cùm probat & exercet Ecclesiam ut electi manifesti fiant. Multi certè veterum & recentiorum dixisse Christum aiunt se nescire diem Judicii, quia non revelabat. De Paulo cùm scribit Corinthiis, inter eos se nihil εἰδέναι præter Christum crucifixum, vix dubitem quin hoc velit, se constituisse nihil *docere* aliud. Vulgò dicunt, *Il n'en veut rien scavoir*, cùm aliquis non aperit quod rogatur.

Notæ

Notæ in Epiſtolam AD TITUM.

Cap. I.

12. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται] De origine hujus Parœmiæ, quæ variè traditur, vide Photium tmemate. 190. ubi de Ptolemæo Hephæſtione. Flagrârunt eâdem infamiâ & univerſa *Græcia mendax*, & gentes aliæ. Apud Hebræos Babylonii & Chaldæi locum etiam Adagio dederunt; apud Græcos Cilices, patria Pauli, Quod non timet ſibi contrà exprobrari: tanta fuit ei ſui fiducia.

Ibid. Κρῆτες, &c. κακὰ θηρία, &c.] Plutarchus libello Πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο, in limine, nullam ait Remp. ſine affectibus inveniri, cùm inveniatur quædam regio ſine belluis, ὥσπερ ἰσοξένη ἡ Κρήτη, quam dicit χώραν ἄθηρον. Hinc lepos Epimenidis vocantis Cretenſes κακὰ θηρία. Gloriantur apud ſe nullas eſſe feras belluas, cùm ipſi peſſimæ ſint belluæ. Noctuas etiam in Creta non naſci, & aliunde advectas mori, narrat Plinius, & ex eo Solinus. Huc reſpeximus in Carmine de victoria Venetorum;

Inſula

Insula quæ nunquam patiens fuit antè ferarum, ubi de Creta loquimur.

Ibid. Ἴδιον αὐτῶν προφήτης] Ægyptiis sui erant Sacerdotes, Aruspices, Prophetæ, teste Origene. Lucianus in De amoribus Homerum vocat μέγαν ἀληθείας προφήτην. Himerius in iis quæ nondum edita sunt, Μάσων τε καὶ Ἑρμᾶ προφήτας commemorat. Eodem ferè tempore maximi exstiterunt apud Judæos Prophetæ, quo maximi apud Gentiles Poëtæ. Jactant & hi suam ἔκστασιν & κατοχὴν & afflatum, & divinum adeò spiritum;

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo:
Sedibus æthereis Spiritus ille venit.

Fuerit & fortasse in hoc Epimenide aliquid propriæ venerationis. Certè inter eos qui resurrexisse ab Ethnicis crediti refertur à Proclo, in Dissertationibus ineditis, Ἐπιμενίδης ὁ Κρής· apud Platonem autem ἀνὴρ θεῖος dicitur. Poëtæ quidem Theologi gentilium: at hic propriè θεολόγος dictus apud Diodorum Siculum, quia divinus erat. Sed præterita incerta, non autem futura divinabat, ὐποφήτης magis quàm προφήτης, docente Aristotele in Rhetoric. 3. qualem Porphyrius Danielem impiè finxit, Christi osor. Idem Porphyrius Mosem, quasi vicissim, Prophetam, ídque antonomasticè, dixit; Ὥσπερ φησὶ Νεμήνιος, διὰ τοῦτο λέγων καὶ τὸν Προφήτην εἰρηκέναι, Ἐμφέρεως ἐπάνω τοῦ ἴδιος θεοῦ πνεῦμα. Cui nondum satisfaciunt ea quæ diximus, extremum hoc à me accipiat, quod mihi certè satisfacit. Non tantùm Poëta, sed etiam Propheta fuit Epimenides. Porphyrius περὶ Ἀποχῆς lib. 4. Euripidis versus citat, quibus τὸν ἐν

Κρήτη τῶ Διὸς Prophetas animalibus abſtinere narrat. Inter hos Jovis Prophetas Epimenidem cenſeo, & quidem apud Cretenſes: unde Paulo dicitur ἴδιος ἐπῶν προφήτης, hoc eſt, Jovis Prophetæ, etiam apud ipſos, de quibus agimus, Cretenſes.

Notæ in Epiſtolam AD HEBRÆOS.

Cap. I.

9. Ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς] Patres hinc volunt dici Chriſtianos, atque adeò Chriſtum, duplici de cauſa, & quia unctus eſt à Deo, & quia ungit conſortes ſuos. Clemens Alexandrinus Chriſtianos quaſi χρισθὲς dictos tradit, quia & ipſi conſortes olei lætifici. Juſtinus Martyr Apologet. 1. Χριστὸς μὲν διὰ τὸ κεχρεῶσθαι, καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντα δι' αὐτοῦ ὁ Θεός. Qui locus mihi parum feliciter emendatus videtur à Scaligero in Euſebianis, καὶ τὸ μὴ χρίσει καὶ σμῆσαι. Nec follicitandus fuit. *Chriſtus dicitur ex eo quòd unctus ſit, & quòd omnia Deus per ipſum ornaverit*, eâdem unctione. Olim enim unguenta pertinebant ad τὸ κοσμητικὸν, ut notum. Unctus ipſe eſt ad munus, & Eccleſia uncta per ipſum ad ornatum & decorem ſipri-

spiritualem. Justino, ut Paulo, Ecclesia, τὰ πάντα· Nova creatio, κόσμος.

Cap. II.

1. Μή ποτε φλαρρύωμεν] Plutarchus, Proverbiis Alexandrinis editu dignis, ait hoc proverbium, Ὕδωρ φλαρρύει, desumptum ἀπὸ τῶν ὑπὸ πνεύσεως καὶ εἰσρέοντι πλοίῳ ἐμβαινόντων (lego καὶ εἰς ῥέον τι πλοῖον ἐμβαινόντων) καὶ φλαβαλλομένων τῷ κινδύνῳ· dici autem de iis qui putant se quovis modo posse propositum consequi, καταπεῖξαι τὸ προκείμενον. Hoc idem ὑπορρέειν dixit Hippocrates, de Arte libro.

Cap. V.

14. Τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων] Hæc non parùm illustrantur ex Nili Ascetico jam dicto, ubi athletas ephebos & adultos distinguit: Ὡς γὰρ τοῖς ὑπὸ τὰ παιδικὰ γυμναζομένοις ἀθλητὰς σῶμα ἀσκεῖν ὑπάρχει, καὶ τὰ μέλη κινεῖν συνεχῶς, ἀνδρείοις δὲ ἰσχὺς ὑπομενεῖται ἀθλητικῆς ἀγωνιστικῆς, καὶ ὑπὸ τοῦ ἱερὸς ἀλείφεται ἀγῶνας· οὕτως τοῖς ἀρχομένοις τῆς εὐσεβείας ὑπομενὲς τὰς ἐνεργείας κωλύειν. ἀγαπητὸν γὰρ εἰ κρατήσαιεν τῶν παθῶν ἐξοιστρέμενοι ἀπὸ τῶν συνόντων ἡδονῶν, καὶ ὑπὸ τὰ τῆς συνηθείας ἀπερισπάστως ἀεὶ ἐλαυνόμενοι καλά. τοῖς δὲ ἐν ἕξει γεγυμνασμένοις τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κατὰ διάνοιαν λοιπὸν φρουρίζειν, πάσῃ ἀσκήσει φυλάσσειν τὸ λογισμὸν ὀφείλουσιν, ὡς μὴ κινηθέντα ἀτάκτως ὑπό τι

κινηθῆναι τ ἀλυσιτελῶν. καὶ ἁπλῶς τοῖς μὲν ὅτι ἀσκεῖ σωματικὰς παιδαγωγῆσαι κινήσεις. τοῖς δὲ τὰς ὁρμὰς παιδεῦσαι τῷ λογισμῷ πρὸς μόνιμον τὴν ἐμφιλόσοφον εὐρύθμως κινεῖσθαι διαγωγήν.

Cap. VII.

3. Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος] Hujus loci communior interpretatio facilè omnium optima est. Qui nec patrem nec matrem habet, eum profectò satis constat genealogiam habere nullam posse. Quorsum igitur additur vox ἀγενεαλόγητος; Omnino ἐξηγητικῶς· nam si dicere potuisset ἀπατόρολόγητος, ἀμητρολόγητος, nihil opus fuisset addere ἀγενεαλόγητος. Quia verò priora illa duo non admittit Græci consuetudo sermonis, nè daretur locus errori, quasi Melchisedecus parentibus carens è terra exstitisset aut è cœlo cecidisset, ad illa duo ἀγενεαλόγητος addere necessarium putavit, hoc est, ἐ γενόμενον λέγεται. Syrus Interpres in hunc sensum reddidit, *Cujus pater & mater in genealogiis non scribuntur.* Quod narratur aut docetur, fieri dicitur. Aristoteles, οἱ γενόντες τ οὐρανὸν, hoc est, *qui dicunt cœlum esse genitum:* nè cui mirum jam videatur ἀγενεαλόγητον, atque adeò quasi non genitum, statui Melchisedecum, eò quòd genitus non dicatur. Confer vers. 14. Simile propemodum est quod in Ecclesiæ historia *Corruptibiles* & *Incorruptibiles* hæretici dicuntur, à quibus corruptibilis aut incorruptibilis Christus docetur. Nec absimile est illud Nicomachi MS. in Biblioth. Medic. οἱ παλαιοὶ

παλαιοὶ καὶ πρῶτοι μεθοδεύσαντες ὀπτικήμλν, περιεκάρξοντο Πυθαγόρου quod malè reddas *postquam incepit*; reddendum, *postquam principia fecit*, hoc est, docuit & invenit, *Pythagoras*, ut ibidem in Scholiis interpretatur Asclepius, & ipse ineditus, philosophus Trallianus; Τῷ Πυθαγόρᾳ περιεκάρξοντο· οὗτος γὰρ πρῶτος εὗρε τὰς ἀρχὰς καὶ τὴν ἀριθμητικῆς καὶ τὴν γεωμετρίας, καὶ σχεδὸν καὶ τὴν ἀστρονομίας καὶ τὴν μουσικῆς. Chrysost. in Matth. Homil. 46. Ἐπικρημνᾷ τὸ κίνδυνον, *periculum imminere dicit*. Hieronymus, *Virginitatem servavit*, hoc est, *servandam dixit* ac docuit. Heliodorus, Ἔρωτα πτερύσσοντι οἱ γράφοντες, *Amorem alatum faciunt Pictores*. Maro, *Pasiphaën solatur & Phaëtontiadas circumdat*, pro *solantem canit* & *circumdatas narrat*. Sic explicant illud Aristotelis Græci ejus Interpretes in Oceano Florentino, Εἴ τε φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον· εἴ τε μὴ φιλοσοφητέον, φιλοσοφητέον· hoc est, εἴ τε λέγεις τις μὴ εἶναι φιλοσοφίαν. Psellus libro Quæstionum theologicarum & philosophicarum, qui lucem non vidit, postquam Gregorium Magnum ambiguè dixit loqui de anima, de Nysseno & Maximo subjicit, Ὁμοῦ τῇ καταβολῇ τὸ σπέρματος ὑπονοεῖν πρὸς ὑποδοχὴν ψυχῆς τυγχάνοντος ταύτην ὑφιστάνεσι, pro ὑφίστασι, λέγουσι. De Græcis autem aliis, Τῶν δ' Ἑλλήνων οἱ πρόκειται, μὴ τὴν τελείωσιν τοῦ φυσικοῦ ὀργάνου καὶ τὴν ἀποχώρησιν τούτου, συμπείθουσι ταύτην τῷ σώματι. *Inserunt*, hoc est, inseri docent. Matth. 11. 3. Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος; id est, *quem Prophetæ venturum prædicunt?* Sic & Prophetæ facere dicuntur quæ prædicunt; Gen. 49. 7. Ezech. 43. 3. & Noë damnâsse mundum, Heb. 11. 7. Confer 1 Pet. 3. 20. Contrà, quod non narratur aut nesci-

tur, censetur quasi non sit. Flacco Satyr. 5. lib. 2. *sine gente* dictus est cujus genus ignoratur, ἀγνεαλόγητος. Seneca Epist. 108. *Duorum Romanorum Regum alter Patrem non habet* (ἀπάτωρ) *alter Matrem* (ἀμήτωρ.) Cicero Athenas Urbem *ex se genitam*, Tiberius Ruffum *ex se natum* eadem de causa dixit, (ἀγνεαλόγητον.) Quæ igitur invidia & Melchisedecum, sed sanctiori de causa, dici parentibus carere, cujus parentes nec narrantur, nec sciuntur, cùm tamen Rex fuerit & Sacerdos? An ἀδεεὶ contingere potuit ut hujus unius Phœnicis, Χαναναίας διωάτου, ut vocat Josephus, tacita fuerint mors, nativitas, & Parentum nomina, quæ tamen in tabulas censuales omnino referri debuerunt, ut aliquis legitimus Sacerdos esset? Non est profectò quòd quenquam offendat quæsitum in rei tantæ silentio mysterium, eóque minùs quòd hæc scribuntur Hebræis; quos mysteria excudere solitos ex iis quæ in Scriptura omittuntur, docet Philo, ubi multa super eo philosophatur, quod Caini mors in Scriptura non invenitur. Docent & Magistri, cùm ex eo quòd Jacob διαῤῥήδην mortuum esse non legitur, mysteria, non à Spiritu Dei, sed pro libidine ingenii, machinantur. Jure igitur suo, præsertim apud tales, Apostolus quicquid adumbratim & *negativè*, ut Schola loquitur, occurrit in Melchisedeco, verè ac positivè Christo reddidit μυστικῶς.

Cap. X.

5. Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας] Veteres ità loquuntur de Psalmis Davidicis, quasi contineretur iis ἀναβολὴ τῶν περὶ θυσιῶν Μωϋσέως νόμου, καὶ εἰσαγωγὴ τῆς τοῦ καινῆς διαθήκης. Patet ex Hippolyti Episcopi Romæ Præfatione ad Psalmos, ut habetur in Catena quadam Biblioth. Florentinæ,

Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης Ὑποθέσις εἰς τὸν Ψαλμούς.

Ἡ βίβλος τῶν Ψαλμῶν καινὴν διδασκαλίαν περιέχει μετὰ τὸν Μωσέως νομοθεσίαν, καὶ ὅτι δευτέρα μετὰ τὸν Μωσέως γραφὴν διδασκαλὴ βίβλος τυγχάνει. Μεθ' ὧν Μωσέως καὶ Ἰησοῦ τελευτὴν, καὶ μετὰ τὸν Κριτὰς, Δαβὶδ ῥυόμενος ὡσανεὶ . . . . . χρηματίσαι κατάξιος, καινὸν τρόπον τῆς Ψαλμῳδίας πρῶτος Ἑβραίοις παρέδωκεν, δι' ἧς ἀναιρεῖ μὲν τὰ παρὰ Μωσῆ περὶ θυσιῶν νενομοθέτημα, καινὸν δὲ δι' ὕμνων καὶ ἀλαλαγμῶν τρόπον τῆς Θεοῦ λατρείας εἰσάγει. καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα τοῦ Μωσέως νόμου ἐπαναζεύξαντα δι' ὅλης αὐτῆς τῆς πραγματείας διδάσκει. Hinc est, opinor, quòd Mahommedes Davidi secundas tribuit, cùm passim hos quatuor celebrat libros tanquam cœlo delapsos, Legem, Psalmos, Evangelium, Coranum. Alii volunt intelligi oblationem pro homicidio, quæ sub Lege nulla esset. Sed non homicidii tantùm David reus erat.

Ibid. Σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι] Locus hic in primis vexatus ab Hebræa origine Psal. 40. immane

quantum discrepat. Duplex proponetur à nobis conjectura, quanquam non utramque necessariam, sed alterutram sufficere putamus. Prior: Scripserant Græci fortè ὠτία, quod à sciolis muratum est in σῶμα: sed quare? quia toto illo Psalmo 40. David agit gratias Deó de salute sibi corporis restituta. Putârunt igitur dicere Davidem, *Corpus mihi firmum, integrum & sanum reddidisti*; nam id interdum est כרה, nec modò *perfodisti*. Accedit, quòd si servus ægrotabat, non ei perforabatur auris, ut tradit Maimonides De Servis cap. 3. sect. 11. at ægrotabat David: putârunt igitur malè convenire. Deinde, potuit huc locum dare corruptelæ, quòd non auris modò fodi solita, & quidem dextra, sed *per corpus auris*, ut Maimonides ibidem loquitur sect. 8. Sed τὸ σῶμα dicitur apud Græcos de parte corporis. Altera conjectura hæc est: Scripserant fortè ὁ LXX. κρεμάσω *suspendisti*, ad ritum respicientes illum de quo Exod. 21. 6. juxta quem dominus ipse auriculam servi postibus affigebat, & peream totum veluti corpus suspendebat: quod vernaculè dicitur *prendre par l'oreille*. Hoc autem tractu temporis mutatum est in κατηρτίσω *adaptisti*, quod retinuit Apostolus ut jam usitatum, nec minùs respondens Hebræo, & maximè conveniens instituto suo. Sed hîc nulla jam est, opinor, allusio ad servilem ritum, nisi fortè quatenus dominus servum offerebat Diis judicibus, אלהים: Aquila & Symmachus πρὸς τὸν Θεὸν, LXX. πρὸς τὸ κριτήριον τοῦ Θεοῦ. Ubi legitur והגישו, Vulg. *offeret eum*, prædicto Exodi loco; quod respondet iis quæ hîc subjiciuntur continenter, *Oblatione semel peractâ*

corporis

corporis Jesu Christi. Certè corporis adaptatio nihil habet commune cum aure perforata. Sed neque necesse est eò Psalten respexisse. Dixisset quippe *aurem*, non *aures*; unica enim perforari solita. Nec Aben-ezra, nec Kimchius, nec Chaldæus, nec Syrus eò retulerunt. Simpliciter, aures à Deo dicuntur perfodi, ut aperiri labia, cùm fiunt dicto audientes, nec obsurdescunt vel obturantur. Hinc ἐφφαθὰ, *aperitor*, de surdo æquè atque de muto. Multò minùs autem Græca eò trahi possunt: nam σῶμα pro *servo* nunquam legi, nec lectum puto; & miror hoc sensu à tantis viris acceptum hoc loco. Pollux, Σώματα ὃ ἁπλῶς ἂν εἴποις, ἀλλὰ δοῦλα σώματα. Quòd si σώματα simpliciter positum non significat *servos*, multò minùs σῶμα de *servo* dicetur. Nam & Jurisconsulti *corpora* dicunt de *servis*, qui tamen de *servo* uno *corpus* non dicerent. Σώματα Græci dicunt, ut Latini *capita*, Galli *bouches*, & iidem Græci ἐνόματα. Sic & corpus pro *persona*, ut nunc loquimur, Tacitus accepit, apud quem Maroboduus de Inguiomero, *Illo in corpore decus omne Cheruscorum.* Sic ἐμὸν δέμας pro *me* apud Euripidem. Sic & in Epistola Senatûs populíque Abderitani ad Hippocratem, de Democrito, σῶμα σοφίης. Quid igitur? unde unde fluxerit error apud LXX. dextrè ac feliciter aburitur Apostolus, οἰκονομικῶς, receptâ cuicuimodi Græcorum interpretatione. Non pedibus modò, sed toto corpore dicebantur descendere olim Senatores in sententiam: non auribus modò, sed toto corpore dicitur hîc fuisse Christus obediens, cùm descendit in crucem. Propria fuit autem hoc in loco ratio cur Apostolus

emendare

emendare nollet ex Hebræo interpretationem Græcam receptam in vulgus: nec modò quia Christo non tam aures quàm pedes perfossi sunt & manus; sed etiam quia servo, si Sacerdos erat, non perforabatur auris, *quia sic pudefieret, nec redire posset ad dignitatem suam*; ut ex eodem discimus Maimonide. Hoc igitur Christum facere dicentem, *Aurem perfodisti mihi*, ea maximè in Epistola in qua summum ejus Sacerdotium enarratur, minùs opportunum erat; certè creare poterat scrupulum in animis infirmiorum Hebræorum. Ut autem scias nec ignarum nec immemorem textûs Hebraici fuisse Apostolum ad Hebræos scribentem, notabile est quòd in eo commentario quem adhibet commate 8, & 9. alia quidem verba Davidis repetit, urget, inculcat; de istis tacet: quibus interea Christum clarè significantibus maximè nitendum erat, siquidem in Hebræo exstitissent.

38. Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ] Vulg. *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima ejus in semetipso.* Quæ licèt longè discrepare videantur, & sensum continent non alienum, & cum Hebræo Habacuci consentiunt. *Incredulus* ὁ ὑποστελλόμενος, qui *resilit* aut *deficit*. LXX quidem videntur aliter quàm hodie legisse, עלפה pro עפלה, & pro נפשו *anima ejus*, נפשי *anima mea*, proclivi mutatione: at sensu planè integro, nam in quo recta non est anima, is placere Deo non potest: deinde, in superbos & elatos facilè cadit impatientia & *tædium*, ut rectè hîc Arabs, sive defectio. Sic Paraphrastes Chaldæus verbis omnino aliis eundem sensum reddit, quod

quod ſolens facit: בלביהון ליח כל אלין דא, רשיעיא אמרין, *Et impii dicunt in cordibus ſuis, Non omnia illa futura ſunt.* Patet autem עלה (ut credibile eſt LXX legiſſe) ſignificare *defecit*, Eſa. 51. 20. Jon. 4. 8. Ergò ἐὰν ὑποστείλῃ, *ſi defecerit*, & ὑποστολὴ, *defectio*, mitioribus vocabulis deſignant incredulitatem & initium apoſtaſiæ, cui deinde opponitur fides atque ὑπόστασις. Perperàm enim factum, quòd hoc à ſequenti caput divulſum eſt.

Cap. XI.

1. Ἐλπιζομένων ὑπόστασις, ἔλεγχος, &c.] Cave ſumas hîc voces ὑπόστασις & ἔλεγχος quo ſenſu poſtea ſumi cœptæ ſunt in Scholis. Proclus in iis quæ non ſunt edita, Τὴν ἀθανασίαν ἣν ἔχομεν καὶ' οὐσίαν καὶ τ' ἁπλότητα τ' ὑποστάσεως ἡμῶν. Idem, Socrates ὁ θεῖος λέγων αὐτὸν εἶδε, καὶν ἐν ἀνθρώποις ἀνυπόστατος ᾖ. Sic apud Ariſtotelem opponitur ὑπόστασις τῇ ἐμφάσει· ſed & apud Plutarchum, De Placitis Philoſophorum, non ſemel. Apud Dionyſium autem, non Areopagitam, lib. 11. de Divin. nom. τῇ παρυποστάσει, Οὐκ ἔχει ὑπόστασιν τὸ κακὸν, ἀλλὰ παρυπόστασιν. Apud Hippocratem verò τῇ ὀπτάσει, ſed longè alio ſenſu quàm apud Chryſoſtomum in Acta, ubi Chriſtum docet non totos 40 dies fuiſſe cum Apoſtolis, ſed ex intervallo, Ἐφίστατο γὰρ, καὶ ἀφίστατο πάλιν· at hîc opponitur τῇ ὑποστολῇ vel τῇ ὑποστάσει. Dictionarium Eccleſiaſticum, Ὑποστολὴ, φυγή. Meliùs enim à militia deducitur, aut venatione, quæ militiæ tyrocinium. Ὑφίστασθαι *ſubſiſtere* hoſtem, feram, apud Polybium & alios.

Nilus,

Nilus, Ἀγώμαστοι πρὸς ἐμπειροπολέμους μαχόμενοι πῶς ὑποστησόμεθα; cujus contrarium ἀφίστασθαι, unde *apostatæ, desertores*. Hinc & ἀνυπόστατος alio sensu quàm suprà sumitur, pro eo qui subsisti non potest, hoc est, invicto. Verùm hoc loco non agitur de hostibus, sed de bonis quæ sperantur, & in his libris ὑπόστασις respondet Hebræorum תּוֹחֶלֶת. Hîc igitur opinor ὑπόστασις est *patiens exspectatio*, quod alibi ὑπομονὴ, 1 Thess. 1. 3. ὑπομονὴ τῆς ἐλπίδος. Patientiæ ac Spei necessitudo & ἀλληλουχία quædam ostenditur Rom. 8. 24, 25, 26. unde luci peti potest: Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν· ἐλπὶς δὲ βλεπομένη οὐκ ἔστιν ἐλπίς· ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει; εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα. Unde οἱ ἀπεκδεχόμενοι *credentes* Hebr. 9. 28. Dictionarium Ecclesiasticum, Ὑπόσα, ὑπόμενε. Suprà 10. 32, & 36. Ὑπομονῆς ἔχετε χρείαν· sed μετὰ παῤῥησίας, ibid. Infrà, hujus capitis comm. 26, 27. de Mose, Μὴ φοβούμενος τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως, (id est, ἀνυποστόλως, ut loquitur Theodoretus) τὸ γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ὑπομένει (id est, ὑφίστατο, ὑπέμεινε) tum, ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν· hoc jam est fidei ἔλεγχος, id est *indicium*, ut est in Glossario, seu *specimen*, quia fide primitias libamus: malo tamen *indicium* propter illa, ἃ βλεπομένων. Tullius, *Nec enim minùs nostra sunt quæ animo complectimur, quàm quæ oculis intuemur*. Hippocrates, Ὅσα τῆς ὀμμάτων ὄψιν ἐκφεύγει, ταῦτα τῇ τῆς γνώμης ὄψει κεκράτηκε. Ovid.

——*& quæ natura negavit*
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Fide quæ sperantur patienter & fortiter exspectantur, & futura cùm sint, quasi repræsentantur; eádemque

eadémque fide quæ non videntur indicantur, hoc eſt, inviſibilia videntur, exhibentur. Sic Secundo Philoſopho Sol dicitur eleganter κοσμικὸς ἔλεγχος, *Index mundi.* Dictionarium idem Eccleſiaſticum, poſtquam aperuit quid ſignificet ὑπόστασις καὶ ἡ ἐκκλησιαστικὴ καὶ ἀποστολικὴ παρόδοσιν, hoc eſt, virorum Apoſtolicorum, Ἀνυπόστατος, ἀνύπαρκτος· λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ἀφορήτων, ἃ οὐδεὶς δύναται ὑποσῆναι. Item, Ὑποστέλλεται, ὑποπτύσσει· & alibi, Ὑποστέλλεται, ἀναδύεται, [Plato Theæteto, Μὴ ἀναδύῃ τὰ λεγόμενα, *Ne detrecta confeſſa.*] (meliùs καταδύεται) ὑποκρύπτει. Ἀνυποστόλως, ἀνυπόπτως, ἀφόβως. Eſt igitur ὑποστολὴ tergiverſatio ejus qui ſe ſubducit è certamine aut è conſpectu præ timore aut impatientia: cui opponitur tum ὑπόστασις, tum ἔλεγχος· nec enim ſe ſubducit cui patientia eſt, quæ rem ſpe præſumit invictâ, & cui nihil ἀνυπόστατον· neque verò is qui rem quam exſpectat velut in ſpecimine (licèt non in ſpecie, κατ' εἶδος) videre incepit. Porrò ità concinniùs quàm ſolet interpunges, Ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων, ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.

40. Ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι] Duplex Domini adventus ἐπαγγελία dicitur. Prior Gal. 3. 18. poſterior clarè præcedentis capitis 36, 37. unde potiſſimùm lucem huic loco fœnerabimur. Prior adventus promiſſio veterum erat, poſterior propriè noſtra eſt. In utroque ſtatus Eccleſiæ perfectus deſcribitur, quaſi duplex τελείωσις: prior Hebr. 7. 11, & 19. poſterior 1 Cor. 13. 10. Præcedentis igitur capitis fine, qui meliùs eſſet hujus initium (nam hîc, ut alibi non rarò, incommoda & imperita capitum diſtinctio eſt) hortabatur

batur Paulus Hebræos Christianos ad patientiam, ut factâ Dei voluntate promisso potirentur, ἵνα κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν. Quam ἐπαγγελίαν? illam de qua modò loquebatur potiundam in adventu posteriori Domini, de quo loquitur continenter, Ἔτι γάρ, inquit, μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. Nunc verò absoluto veterum Martyrum panegyrico dicit eos non accepisse promissum, οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, nempe suam, id est, non viderunt Dominum in carne: Nos autem Christiani videmus, metentes ὃ μὴ κεκοπιάκαμεν, Joan. 4. 38. & usurpantes quod sibi promissum exspectabant veteres, & quidem sine illis, χωρὶς αὐτῶν. At illi tamen videbunt aliquando Dominum venientem in gloria, sed non sine nobis, μὴ χωρὶς ἡμῶν· quod enim nos exspectamus, ipsis commune nobiscum erit, adventus Domini posterior; tunc in eo erimus pares. At jam Deus nobis κρεῖττόν τι prospexit; nec enim exiguum περίπημα censeri debet prior adventus Domini, quo soli gaudemus, bis felices, bis perfecti, semel sine illis, & iterum cum illis: at illi nunquam sine nobis.

Cap. XII.

1. Ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα] Nec superbiam designat, quæ magis inflat & leves facit; nec habitum pinguem corporis, quem omni arte sibi quærebant Athletæ; sed alludit ad morem quo solebant pondus capillitii deponere, τὸν ὄγκον nam

nam & veteribus Christianis interdictum τὸ ὀγκοπλοκεῖν, *suggestus comæ*, ut est apud malè dictum Clementem, Constitutionibus Apostolicis. Isidorus Pelusiota lib. 3. Epist. 161. docet Athletas primò quidem solitos vestes exuere, deinde tonderi, tum & ungi, additâ causâ, ἵνα μὴ λαφθεῖεν ταῖς ἀγκύλαις. Quæ sequuntur ad vestes referri possunt. Bona vestra, inquit, relinquite, tanquam comæ caput ædificantis & gravantis luxuriem, & iis vos ultrò spoliari sinite, tanquam vestibus, ut sitis incomprehensibiles adversario, cujus λαβὴ peccatum est. Philo contra Flaccum, Μέζονα πρὸς εὐδοξίας ὄγκον ἢ σὺν περιβάλλῃ. Idem alibi Augustum dicit noluisse ταῖς ὑπερόγκοις πρώραις ἀνθῆναι καὶ φυσηθῆναι. Ad animum & orationem cùm refertur, accipitur interdum in meliorem partem: Dionysius Halicarn. in Romuli ac Remi elogio ipsis attribuit ἀξίωσιν μορφῆς καὶ φρονήματος ὄγκον, *formæ dignitatem cum excelso spiritu*. Sed & ipsum φυσῶν Apostoli 1 Cor. 8. Clemens Alexandr. traxit in bonam partem, Strom. 7. Ὄγκος tribuitur Demosthenis, *gravis* oratio: & hoc Latinum æquè anceps.

Ibid. Καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν] Rectè vetus ante Hieronymum Latina Versio reddidit, *Omnem sarcinarum molem amoliri, ac deponere peccatum fragile*, quod facilè frangi ac repelli potest obsistendo; nam hoc est εὐπερίστατον, unde ἀνυπερίστατος. Ex commate autem 4. patet hîc ἁμαρτίαν sumi debere pro tentatione seu occasione peccandi, ac ab Evangelio deficiendi. Ὄγκος est βάρος Theophylacto & Suidæ. Sensus facilis, cùm ex iis quæ præcesserunt de facultatum ἀφαιρέσει, tum ex iis quæ sequuntur continenter, Οὕτω ἀνυπερίστατοι

(idem

(idem esset ἀνπειέτητε) μίχεις ἄμαθον. Unde Chrysostomo magis placet, εὐπείστατον intelligi, ἢ εὐκόλως πείσασιν δυναμένην παθεῖν. Ipsa hoc exposcit analogia. Certè apud profanos Autores ἀπείστατον (apud eos enim non occurrit εὐπείστατον) semper παθητικῶς accipitur: quasi dicat, *Qui spoliant vos facultatibus, currentes adjuvant; pondus enim detrahunt. Nudi currite: ità decet* γυμνικὸν *inde dictum* ἀγῶνα. *Omnem illum* ὄγκον *facultatum rejicite libenter: levis est impedimenti jactura, cursus expeditior: nec difficilis ad eluctandum tentatio est; huic facilè resisti potest. Aliud vos certamen manet, & quidem longè acrius. Nolite in principio fatiscere, passuri graviora. Nondum ad sanguinem usque restitistis.* Duorum fuere generum certamina: leviora, in quibus præcipuè cursus; graviora, quorum gravissimum pugilatus. Ad utrumque respexit. Curramus, inquit; nam nihil est facilius, præsertim spoliatis, tali testium circumstantiâ, tali Duce & auspice, Jesu: mox cum ipsa morte conseretis manus, hoste cruento, quasi pugiles; nam in cursu non fundebatur sanguis. Verba hæc δι' ὑπομονῆς præcedentibus non malè junxeris.

Notæ

NOTÆ
ad Epistolam
JACOBI.

Cap. I.

1. Χαίρειν] Primus Cleon Atheniensium Demagogus hanc vocem Epistolæ præmisit, εὐαγγελιζόμενος ἐπὶ νίκῃ, quam de Spartanis insignem retulerat. Quàm familiaris apud Gentiles, tam insolens Apostolis in Epistolarum limine salutatio, qui pro χαίρειν dixerunt χάρις ὑμῖν, affini, sed sanctiori, vocabulo. Homericum χαίρειν repudiavit Plato, & εὐπραττειν dicere maluit; Pythagoras ὑγιαίνειν· sed & Epicurus: ut vel hinc nôris eum in voluptate corporis non constituisse summum bonum, sed in mente sana sano in corpore. At cur Apostolus hic præmisit χαίρειν, quod cæteri non faciunt Apostoli? Plato autem damnat, ὡς μοχθηρὸν καὶ ἀδόξον ἐμφαῖνον, ubi Dionysium reprehendit, quòd Apollinem χαίρειν jusserit, voce ἀνθρώποις δεξιοῖς, nedum Deo, parùm dignâ. Quam & Ptolemæus Lagi ad Seleucum scribens rejecerat in Epistolæ finem, initio præponi solitam: qua de re viden-

dus Lucianus. Manethon tamen Ægyptius, quos dedicavit Ptolemæo Regi libros Ἀποτελεσματικῶν, ità orditur:

Χαίρεις, ὦ Πτολεμαῖε, λαχὼν βασιλήϊδα πμὴν
Γαίης ἡμετέρης κοσμοτρόφε Αἰγύπτοιο.
Ἄξιά σοι πάνδε δῶρα φέρω βασιλήϊδ' ἀρχῆς,
Ἄστρων ὐρανίων τε φάσεις ἀπλανῶν τε πλανῶν τε,
Ὅσσα βεβοτοῖς τελέουσιν ὀπιβλέψαντες ἐν ἀρχαῖς,
Σπειρομένοις καὶ πικτομένοις δειλοῖσι βεβοτοῖσι
Μοιρῶν ἀρρήκτοισι μίτοις, &c.

Quæ plura posui, quò judicent eruditi an stylus conveniat antiquitati quantam præfert codex longè rarissimus, lectúque difficillimus: quanquam non ignoro Manilii, qui de eodem scripsit argumento, ævum ex stylo malè colligi ob τὴν ὑποκειμένην ὕλην, quæ negat ornari. Ad rem. Jacobus hoc loco χαίρειν optavit, opinor, quia statim πᾶς χαρὲν ἠγήσασθε dicturus erat, ut sibi muniret ad sequentia faciliorem viam. Talia multa sunt in Sacris literis ex occasione concinnè posita. Sed & Angelus ità salutavit B. Mariam Luc. 18. & Concilium Hierosolymitanum fratres Gentiles Act. 15. 23. qui & ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ παρακλήσει, ibid. 31.

NOTÆ

NOTÆ
in Epistolam primam
JOANNIS.

Cap. II.

27. Τὸ αὐτὸ χείσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων] Quid hoc est? unctio docet? Metalepsis. Voluit dicere, ὁ ἀλείπτης, ad rem athleticā, ut alibi, respiciens. At quia Dominum ἠλειμμένον dicunt Judæi, nè χειστὸν agnoscant, dixit χείσμα, quia χειστὴς non dicitur; ut σόφισμα pro σοφιστὴς, & πάλαισμα pro παλαιστὴς, autores valde boni: & Plinius Solem *Principale Naturæ regimen* dixit, hoc est rectorem. Sed eundem retinuit sensum quem si dixisset, ὁ ἀλείπτης. Jam verò Ἀλείπτης est *Doctor, hortator*; & Ἀλείφειν *docere, hortari.* Solebant nimirum Aliptæ inter ungendum Athletas condocefacere, hortatu & consilio juvare. Dictionarium Ecclesiasticum, Ἀλείπτης, συνήγορος. Optimè, quasi dicat παράκλητος, Spiritus Sanctus Dei: cui opponitur κατήγορος Apoc. 12. 10. spiritus malignus Diaboli. Chrysostomus in Paulum Orat. 3. Θεραπεύων τοὺς συντετριμένους, ἀλείφων τοὺς ῥαθυμοῦντας. Idem de matre Maccabæorum, Πῶς αὐτὰς ἤλει-

λε; Nazianzenus Orat. 18. de Cypriano in exsilium acto, qui cùm linguâ non posset, calamo proderat, Ἀλείπτης ὑπερφυὴς γένετο, τοῦ περιττεπιτηδεύσεως συγγράφων. Idem Epist. 170. extremâ, Ὡς ἀθλητὴν ἄριστον κελευσαὶ παῖδες ταῖς φωνήσεσιν ὑπαλείφοντες. Et oratione funebri Basilii, de Martyribus qui superfuerunt victoriæ suæ ait eleganter, Ὑπολιφθῆναι τοῖς ἄλλοις ἀλείπτας τ ἀρετῆς. Est igitur ἀλείφειν officium Paracleti, cui voci respondet Chaldaica מלוץ *doctor*. Fuit enim præterea munus aliptæ, qui gymnasii Magister erat, *docere* legem certaminum & exercitationis, ut ex Aristotele observatum est; nè quis porrò miretur unctionem hîc dici non exhilarare, aut corroborare, sed *omnia docere*. Πᾶσ᾽ τ ἀλήθειαν, ut sæpe Socrates apud Platonem Apol. hoc est, *omnem rei veritatem*.

NOTÆ

NOTÆ IN APOCALYPSIN.

Cap. II.

7. Τῷ, νικῶντι δώσω φαγεῖν] Hæc Eccleſia Epheſina oderat acta Nicolaïtarum, qui comedebant de Idolothytis: ideo promittitur ipſi perſeveranti melior cibus, arbor vitæ. Sic Eccleſiæ Smyrnenſi, quoniam in ea nonnulli complectebantur dogma Balaam, & Idolothytis veſcebantur, ſi perſeveraret eorum ſectam fugere, promittitur *Manna abſconditum*, hoc eſt, meliores dapes iis quibus abſtineret, panis Angelorum. Laodicenæ autem ſuadet Dominus, ut emat *veſtimenta alba* quibus veſtiatur, alludens ad pretioſa, ſed ſummè nigra, vellera ovium Laodicenarum, de quibus Strabo lib. 12. ſub finem: Φέρει δ' ὁ θὲι ἡ Λαοδίκειαν τὴν θ' προβάτων ἀρετὰς, &c. εἰς ἣ κόραξιν χεόαν. Unde reditus magnos, aliáſque civium opes commemorat, quibus illuſtrantur & illa, Ὅτι λέγεις, Πλούσιός εἰμι. Quòd ſi Smyrnæ fuit templum Martis, in quo cultus fuit lapis niger, ut eſt apud Apollonium Argonaut. 2. λίθ θ μέλας ἱερὸς, huic pariter poſſet opponi lapis

albus qui promittitur à Domino: quanquam fortè melius quadrabit alluſio ad *lapidem fundationis*. de quo tam multa Magiſtri nugantur, cui & inſculptum aiunt fuiſſe nomen Tetragrammaton. Itaque novum nomen inſuper hîc Dominus promittit, nec minùs arcanum, & longè ſuavius, nomen Patris. Nam ſicut Abrahamo Deus innotuerat nomine Schadai, Moſi nomine Jehovæ; ità per Chriſtum nobis nomine Patris, aut Filii Dei, quod eódem redit: hæc enim ſunt πρὸς πρός. An reſpexerit ad lapidem quo circumciſio perageba-tur? Μαχαίρας ἐκ πέτρας, & πετρίνας, vocant οἱ LXX ad Joſ. 5. ſed & ψήφου Exod. 4. de Sephora, λαβοῦσα ψῆφον, quod Hieronymus *calculum* reddidit. Jam verò ſolet Joannes aquam & ſanguinem, Baptiſmum cum Euchariſtia conjungere. Sic *Manna* quod præceſſit ad Euchariſtiam referri poſſet; ad Baptiſmum, tanquam circumciſionem novam, lapis albus, acutam ſignificans aciem Verbi Dei quo circumciditur. Accedit novum nomen quod imponitur in Baptiſmo, nomen Chriſti. Auguſtinus, Confeſſ. lib 6. cap. 4. *Eccleſia unica corpus unici tui, in qua mihi nomen Chriſti infanti eſt inditum.*

NOrunt *qui hanc Editionem urgent, quàm ſerò nobis & illis in mentem venerit conſilium nos huic choro immiſcendi: alioqui multò plura potuimus in hoc*

hoc genere commentari. Quod & facturi sumus propediem, nisi qualecunque est hoc specimen parùm placuisse intellexerimus. Certum enim habemus, in Divinis libris infinita esse vel nondum penitus eruta, vel ità infeliciter tractata, ut melius propemodum fuerit latere. Ad erudita Magnæ Britanniæ *ingenia hæc potissimùm cura spectat, cùm & cæteris abundent præsidiis, & alto fruantur otio sub* REGE θεοφιλεστάτῳ, *& rerum omnium quibus Pietas & Virtus continetur amantissimo.* CAROLUM II. *dico, cui post tot fide majores Ærumnas, quas invicto animo pertulit, fide major Felicitas Dei gratiâ contigit: quam Felicitatem ut eodem animo ferat, voveo; id est, ut habenas Regni, quemadmodum incepit, ità moderetur, ut non tam Regna* Regi *reddita quàm* Regem *Regnis homines agnoscant. Belluas autem, si quæ supersunt humanâ facie indutæ, non moramur.*

Δόξα Θεῷ ἐν ὑψίστοις.